tunius t̄ps iqr̄it: uel eisdem ips̄is metuī: ne deteriores ex hoc efficiant: uel ad bonā uitam ⁊ piām erudiendos īpediāt infirmos alios ⁊ premāt atq̄z euertant a fide: non uidet esse cupiditatis occasio: s̄z p̄silium caritatis. illō ē culpabile q̄ hi d̄ dissimiliter uiuunt ⁊ a maloz factis abhorrent: p̄cūt t̄n peccatis alienis que deuocere aut obiurgare deberēt: dū eoz offēsiōes cauent: ne sibi noceant ī his rebus q̄b̄ licite boni atq̄z innocenter utūt: s̄z cupidius q̄ oportebat eos q̄ in hoc mūdo peregrinant ⁊ sp̄ sup̄ne patrie pre se gerunt. Nō solū q̄ppe infirmiores uitaz ducētes p̄iugalē filios h̄ntes ⁊ habere querentes domos ac faīlias possidentes: quos ap̄ls in ecclesia alloq̄t docens ⁊ monens quenadmodum uiuere debeant uxores cum maritis: ⁊ mariti cū uxozibus: ⁊ filij cū p̄tib̄: ⁊ p̄tes cū filijs: ⁊ serui cū d̄nis: ⁊ d̄ni cum seruis: multa temporalia: multa terrena libenter adipiscunt: ⁊ moleste amittunt: p̄pter que non audent offēdere hoīes: quoz sibi uita cōtamīnātissima ⁊ conscēlērātissima displicet: uez etiā hi qui sup̄iorem uite graduz tenēt: nec cōiugalib̄ uicūl̄ irretiti sūt: ⁊ uictu paruo ac tegumento utuntur: plezq̄z sue fame ac salutī duz insidias atq̄z impetus malozum timent: ab eorum rēphēnsione sese abstinēt: ⁊ q̄uis non ī tātum eos meruant: ut ad similia perpetranda q̄buslibet eozum terrozibus atq̄z īprobitatibus cedāt: ea ip̄a t̄n que cum eis non perpetrant nolunt plezq̄z corripere: cum fortasse possint aliquos corripiendo corrigē:

ne si non potuerint: sua salus ac fama in piculum exitumq̄z perueniat. Nec ea consideratione qua suam famam ac salutē uident esse necessariā utilitati erudiendoz hoīum: s̄z ea potius infirmitate qua delectat lingua blādies ⁊ hūanus dies: ⁊ reformidat uulgi iudicium: ⁊ carnis excrutiatio l̄ p̄ptis. Hoc ē p̄pter quedā cupiditatis uicla: n̄ p̄p̄ officia caritatis. Nō mihi itaq̄z uidetur hec parua esse cā quare cum malis flagellentur ⁊ boni: quādo deo placet perditos mores etiā temporalium penarum afflictiōe punire. Flagellant enim simul: non quia simul agunt malā uitā: sed quia simul amāt temporalem uitam. nō quidem equaliter: s̄z tamē simul quam boni cōtemnere deberent: ut illi cōrepti atq̄z correcti consequerent̄ eternam. ad quam consequēdā si nolent esse socj: ferrēt ⁊ diligerentur inimici: quia donec uiuunt semp̄ incertū est utrum uoluntatem sint in melius mutari. Qua in re nō utiq̄z parem s̄z longe grauiorem h̄nt cām: quibus per prophetam d̄r: Ille quidem ī suo peccato moriet̄: sanguinem aut̄ eius de manu speculatiōis req̄ram. Ad hoc. n. speculatores hoc est populoz prepositi constituti sūt ī ecclesijs: ut non p̄cant obiurgādo peccata. Nec ideo t̄n ab huiuscemodi culpa penitus alienus ē: qui licet p̄posit⁹ nō sit: in eis tamē quibus uite huius necessitate coniungit̄ multa monēda uel arguēda nouit ⁊ negligit: deuitās eoz offēnsiones: propter illa quibus ī hac uita nō indebitis utitur: sed plus q̄ debuit delectatur. Deinde h̄nt aliā causam boni quare temporalibus affligāt̄ mal: qualē h̄uit iob: ut sibi ip̄e hūan⁹ anius sit. p̄bat⁹ ⁊ cognit⁹: q̄ta uirtute pietatis gratis deū diligit.

Q̄ factis ī amissione rez t̄paliū nihil pereat. capitulum decimum.

9 **U**bi recte consideratis atque per
 spectis attende utrū aliq̄d mali
 acciderit fidelibus et p̄s: q̄d eis n̄ i bo
 nū uerteret: nisi forte putandū ē apo
 stolicam illam uacare sententiā ubi
 ait: Scimus qm̄ diligentibus deum
 oīa cooperantur in bonum: amiserūt
 oīa que habebant. Nunquid fidem:
 nunquid pietatez: nūq̄d interioris ho
 minis bona qui est ante deum diues?
 De sunt opes chūstianoz: quibus o
 pulentos dicebat apostolus: ubi ait:
 Est autē questus magnus pietas cum
 sufficientia. Nihil enim intulimus in
 hunc mundum: s̄ nec auferre aliquid
 possumus. hñtes autem uictum et te
 gumentum his contenti simus. Nā qui
 uolūt diuites fieri. icidūt i tētationem
 et laqueū et desideria multa et noxia
 que mergunt homines in interitum
 et perditionē. Radix eim̄ ē oīuz malo
 rum auaricia: quā quidam appetētes
 a fide pererrauerūt et inseruerūt se do
 loribus multis. Quibus ergo frene
 diuitie illa uastatione perierūt: si eas
 sic hēbant quēadmodū ab isto foris
 paupere intus diuitie audierant: id est
 si mūdo utebant tanq̄ non utentes
 potuerunt dicere q̄ ille grauiter tēta
 tus et minime superatus. Nudus iqt̄
 ex̄ de utero matris mee: nudus i ter
 rā reuertar: dñs dedit dominus abstu
 lit: sicut domino placuit ita factum ē.
 sit nomeu domini benedictum: ut bo
 nus seruus magnas facultates hēret:
 ipsam dñi sui uoluntatem cui pedisse
 quus mente ditesceret: nec tristare
 eis rebus utuens relictis: quas fuerat
 cito moriens relicturus. Illi autem in
 firmiōes qui tertenis his bonis quous
 ea n̄ preponerent christo: aliquantula
 tñ cupiditate coherebant: quantum
 hec amando peccauerint: perdēdo sen
 serunt. Tm̄ quippe doluerunt: q̄tum
 se doloribus inseruerant. sicut aplūm
 dixisse supra cōmēorauī. Oportebat

enim ut eis adderet etiā expimentorū
 disciplina: a quibus fuerat tam diu
 neglecta uerboz. Naz cuz dixit apls:
 qui uolunt diuites fieri in tētationē
 incidunt et cetera: profecto in diuitijs
 cupiditatem reprehendit: non faculta
 tem: quā precepit alibi dicens. Preci
 pe diuitibus huius mundi n̄ superbe
 sapere: neq̄ sperare in incerto diuitia
 rum suaz: s̄ i deo uiuo q̄ p̄stat nobis
 oīa abundanter ad fruendū: bñ faciāt
 diuites: sint in operibus bonis: facile
 tribuant: cōmunicēt: thesaurizēt sibi
 fundamentum bonum in futuruz: ut
 apprehendant ueram uitam. Hec qui
 de suis faciebant diuitijs magnis sūt
 lucris leuia damna solati: plusq̄ leta
 ti ex his que facile tribuendo tutius
 suauerunt: q̄ tristati ex his q̄ timis
 retinendo facilius amiserunt. Hoc. n.
 potuit in terra perire q̄d piguit inde
 transferre. Nam qui receperūt p̄silij
 dñi sui dicentis: nolite condere uobis
 i terra thesauros: ubi tinea et rubigo
 extermināt: et ubi fures effodiunt et su
 rant: sed thesaurizate uobis i celo the
 sauros quo fur nō accedit neq̄ tinea
 corrumpit. ubi. n. ē thesaur⁹ tuus: ibi
 erit et cor tuū: tribulationis tpe p̄ba
 uerūt q̄ recte sapuerint: non contem
 nēdo ueracissimū preceptorē: et thesau
 ri sui fidelissimū inuictissimūq̄
 custodē. Nā si multi sunt gauisi ibi se
 habuisse diuitias suas: quo contigit
 ut hostis nō accederet: quanto certius
 et securius gaudēt potuerūt: qui moi
 tu sui dei illuc migrauerāt: quo acce
 di oīo non posset: Unde paulinus n̄
 nolēsis ep̄s ex opulētissimo diuite uo
 luntate pauperrimus et copiosissime
 sanctus: qm̄ et ipsam nolam barbari
 uastauerunt cum ab eis teneretur sic
 in corde suo: ut ab eo postea cognoui
 mus precabatur. Domie nō excruciez
 p̄pter aurum et argentum: ubi. n. sūt
 omnia mea tu scis. Ibi eniz habebat

omnia sua ubi eſt condere ⁊ theſaurizare ille monuerat: q̄ hec mala mūdo uentura predixerat. Ac p̄ hoc q̄ dño suo monēti obedierant: ubi ⁊ quomō theſaurizare deberēt: nec ipſas fr̄as diuitias barbaris incurſantibus amiſerunt. Quos aut̄ nō obediffe penitit: q̄d de talibus rebus faciendū eſſet ſi nō precedente ſapiētia certe p̄ſequēte exp̄ientia didicerunt. At eim̄ q̄daz boni etiam chriſtiani tormentis excruciatī ſunt: ut bona ſua hoſtibus p̄derent. Illi uero nec prodere nec p̄dere potuerūt bonū quo ipſi boni erant. Si aut̄ torqueri q̄ mammona iniquitatis prodere maluerunt boni nō erāt. Admonendī aut̄ fuerant qui tāta patiebant̄ pro auro: quanta eſſent ſuſtinenda pro chriſto: ut eū potius diligēdiſcerent: q̄ pro ſe paſſos eterna felicitate ditaret: nō aurum ⁊ argentū pro quo pati miſerrimum fuit: ſeu mentiēdo occultaret: ſeu uez̄ dicendo proderetur. Nāq̄ inter tormenta nemo chriſtum conſitendo am̄iſit: nemo aurum niſi negando ſeruauit. Quocirca utiliora erant fortaſſe torm̄ta: que bonum incōruptibile amādū docebant: q̄ illa bona que ſine ullo utili fructu dños ſui amore torquebant. Sz̄ q̄daz ēt nō hñtes quod proderent dum nō credunt̄ torm̄ta ſunt: ⁊ hi forte habere cupiebant: nec ſancta uoluntate pauperes erant. Quibus demonſtrandū fuit: nō facultates ſz̄ ipſas cupiditates talib⁹ eē dignas cruciatib⁹. Si uero melioris uite p̄poſito reconditū aurū argentūq̄ nō habebant: neſcio quidē utz̄ cuiq̄ talium acciderit: ut dū hñe creditur torqueretur. Veruntamen ēt ſi accidit: profecto qui inter illa torm̄ta paupertatem ſanctam p̄fitebatur: chriſtū conſitebat̄. Quapropt̄ ⁊ ſi nō meruit ab hoſtibus credi: non potuit tñ ſancte paupertatis conſeſſor ſine celefti mercede torqueri. Multos iſunt

etiam chriſtianos fames diuturna uauit: hoc quoq̄ i uſus ſuos bōi fideles pie tolerādo v̄terūt. quos. n. ſaēs necauit: a malis uite hui⁹ ſicut corp̄is mōbis eripuit. Quos aut̄ n̄ necauit: docuit p̄ci⁹ uiuē: docuit p̄ducti⁹ ieiūā

De fine temporalis uite ſiue longioris ſiue breuioris. cap. xi.

¶ Ed eiz̄ multi etiā chriſtiani inſecti ſunt: multi multaz̄ mōtiū feda uarietate conſumpti. Hoc ſi egre ferenduz̄ eſt: omnibus qui in hanc uitam p̄creati ſunt utiq̄ cōmune ē. Hoc ſcio neminem fuiſſe mortuum: qui nō fuerat aliquando moriturus. finis autem uite tam longā q̄ breuem uitam hoc idem facit. Neq̄. n. aliud melius aliud deterius: aut aliud maius ⁊ aliud breuius eſt: quod iam pariter non eſt. Quid autem intereſt quo mortis genere uita iſta finiat̄: qñ ille cui finit̄ itez̄ mori non cogit̄: Lū aut̄ unicuiq̄ mortalium ſub quottidianis uite huius caſib⁹ innūerabiles mōtes quodā mō cōtinent̄ q̄ diu incertū eſt quēnaz earum uentura ſit: quero utrū ſatius ſit unam perpeti moriēdo an om̄s timere uiuēdo. Nec ignoro q̄ iertius eligatur diu uiuere ſub timōe tot mōtiuz̄ q̄ ſemel moriēdo nullā deiceps formidare. Sz̄ aliud eſt quod carnis ſenſus iſt̄m̄ter pauidus iſugit̄: aliud q̄d mentis rō diligenter enucleata cōuincit. Mala mors putanda non eſt: quam bona uita preceſſerit. Neq̄ eiz̄ facit malaz̄ mortem: niſi quod ſequit̄ mortem. Non itaq̄ multū curanduz̄ ē eis q̄ neceſſario moriuri ſunt: quid accidat ut moriant̄: ſz̄ moriēdo quō ire cogant̄. Lū igit̄ chriſtīai nouerint lōge meliorem fuiſſe religioſi paup̄is mortē inter lingentiū canū linguas q̄ ip̄i diuitis in purpura ⁊ byſſo: horēda illa genera mortūz̄ quid mortuis

obfuerunt qui bene uixerunt?

De sepultura humanorum corporum que christianis etiam si fuerit negata nil adimit. cap. xij.

a Teiz in tanta strage cadauerū nec sepeliri potuerūt. Neq; istō pia fides nimīū reformidat: tenēs. predictū. Nec absumētes bestias resurrecturis corporibus obfuturas: quoz capill' capitis n̄ p̄bit: nullo mō diceret ueritas: nolite tēre eos qui cōpus occidunt: aiām autem non possunt occidē: si quicq; obesset future uite: q̄cqd inimici de corporibus occisoz facere uoluissēt. Nisi forte quispiā sic absurdus est: ut contendat eos qui corpus occidunt n̄ debere tēri añ mortem ne corpus occidāt: et tēri debere p' mortem: ne corpus occisum sepeliri n̄ sināt. falsū ē ergo qd ait ch̄stus: qui corpus occidunt et postea nō h̄nt qd faciant: si habent tanta que de cadaueribus faciant: absit ut falsus sit quod ueritas dicit. Dicitur est eim aliquid eos facere cum occidūt: q; in corpore sensus ē occidendo: postea uero nihil habere quid faciant: q; nullus sensus est in corpore occiso. Multa itaq; corpora ch̄stianoz terra nō texit: s; nullā eoz quisq; a celo et a terra separauit: quā totā implet p̄ntia sui qui nouit tū de resuscitet quod creauit. Dicitur q̄dem in psalmo: posnerunt mortalia f uorum tuorum escas uolatiliō celī: carnes sanctorū tuoz bestijs terre. Et fuderunt sanguinē eoz sicut aquam ī circuitu hierusalē: et n̄ erat q̄ sepeliret. Sed magis ad exaggerandam crudelitatem eoz qui ista fecerunt: n̄ ad eoz infelicitatē qui ista perpeffi sunt. Quāuis eim hec in conspectu hoīuz dura et dira uideant: s; preciosa est in conspectu domini mors sanctorū ei'. Proinde oīa ista idest curatio fūeris:

conditio sepulture pompa exequiarum magis sunt uiuozum solaria q̄ subsidia mortuoz. Si aliquid prodest impio sepultura preciosa: oberit pio uil' aut nulla. Preclaras exequias ī conspectu hominū exhibuit purpurato illi diuiti turba famuloz: s; multo clariores ī cōspectu dñi ulceroso illi pauperi ministerium p̄buit aglozum: qui eum non extulerunt in marmorum tumulū: sed in abrahe gremiū sustulerūt. Rident hic illi contra quos defendā suscepimus ciuitatē dei. Certū tamē sepulture curam etiam eozum philosophi p̄tempserunt: et sepe uniu'si exercitus dū pro terrena patria morerent: ubi postea iacerent uel quibus bestijs esca fierent n̄ curarūt. Licuitq; d̄ hac re poetis plausibil' dicere. Edo tegit qui non habet urnam. Quāto minus debēt de corpib' insepultis insultā ch̄stianis: quibus et ipsius carnis et membrorum omnium reformatio: non solum ex terra: uerum etiam ex alioz elementozum secretissimo sinu quo dilapsa cadauera recesserūt in temporis puncto reddenda et reintegranda promittitur?

Que sit ratio sanctorū corporoz sepeliendi. cap. xij.

n Ec iō tñ cōtēnēda et abijcienda sūt corpora defūctoz maxieq; iustoz atq; fidelīū: quibus taq; organis et uasis ad oīa bona opera factus usus est spiritus. Si enim paterna uestis et annulus ac siquid huiusmodi tanto carius est posteris: quanto erga parentes maior extitit affectus: nullo modo ipsa spernenda sunt corpora: que utiq; multo familiarius atq; coniunctius q̄ quelibet indumenta gestamus. Hec eim nō ad ornāmētū uel adiutoriū quod adhibetur extrinsecus: sed ad ipsam naturam hominis

pertinet. Unde et antiquorum iustorum
 funera officiosa pietate curata sunt:
 et exequi celebrata: et sepultura p̄uisa:
 ipsiq; dum uiuerent hoc de sepeliendis
 uel etiā trāsserendis suis corporibus
 filijs mandauerūt: et thobias sepelien
 do mortuos deū p̄meruisse teste āglo
 cōmēdatuz. Ipse quoq; dñs die tertio
 resurrecturus: et religiose mulieris bo
 nuum opus predicat: predicandumq;
 cōmendat q̄ unguētū preciosū super
 m̄bra eius effuderit: atq; hoc ad eum
 sepeliendū fecerit: et laudabilē cōmēo
 rant in euangelio: qui corpus eius de
 cruce acceptum diligēt atq; honorifi
 ce tegēdū sepeliendūq; curarūt. Verū
 iste auc̄tes non hoc admonent q̄ insit
 ullus cadaueribus sensus: sed ad dei
 prouidēciā: cui placent et talia pieta
 tis officia: corpora quoq; mortuorum
 p̄tinere significant p̄pter fidē resurrec
 tionis astruendā. Ubi et illo salubri
 discit q̄ta possit esse remuneratio p̄
 elemosinis: quas uiuentibus et sentiē
 tibus exhibemus: si neq; hoc ap̄d deū
 perit quod ex animis hominū m̄bris
 officio diligentēq; p̄soluit. Sūt q̄dez
 et alia que sancti patriarche d̄ corpib;
 suis uel p̄dendis uel transferendis p̄
 phetico spiritu itelligi dicta uoluezt.
 Non aut̄ hic locus ē ut ea pertracte
 m̄: cū sufficiant ea que diximus. Sed si
 ea que sustentandis uiuentibus sunt
 necessaria: sicut uictus et amictus: q̄
 uis cum graui afflictione desint: non
 frangūt in bonis perferēdi tolerādiq;
 uirtutē: nec eradicāt ex aīo pietatē: s;̄
 exercitatum faciunt secundiorē: q̄to
 magis cū desūt ea que curandis fune
 rib; cōdendisq; corporibus d̄fectoz
 adhiberi solent: nō efficiunt miseros i
 occultis pioz sedibus iā quietos. Ac
 per hoc q̄n ista cadauerib; christiano
 rū in illa magne urbis uel etiam alio
 rum oppidoz uastatione defuerunt:
 nec uiuoz culpa est qui non potuerz

ista prebere: nec pena mortuorum qui
 non possunt ista sentire.

De captiuitate sanctorum: q̄b; nunq;
 diuina solacia defuerunt. cap. xiiij.

S Ed multi idē christiani et cap
 tiui ducti sūt. Hoc s̄cē mis̄rimū
 ē: si aliquo duci potuerūt ubi deū suū
 nō inuenerūt. Sunt in scripturis s̄c̄
 tis huius etiā cladis magna solacia.
 Fuerunt i captiuitate tres pueri: fuit
 daniel: fuerunt alij prophete: nec de
 defuit consolator. Sic nō deseruit su
 os fideles sub dñatione gentis: s;̄ bar
 bare: tñ humane: qui prophetam nō
 deseruit: nec i uisceribus belue. Hoc
 quoq; illi cū q̄b; agim; malunt irridē
 q̄ credere: qui tñ in suis litteris credūt
 arionem metymneum nobilissimum
 citharistam cum esset eiectus de nauī
 exceptum delphini dorso: et ad terraz
 esse prouectum. Verum illud uostruz
 de iona propheta incredibilius est.
 Plane incredibilius: quia mirabilius:
 et mirabilius quia potentius.

De regulo in quo captiuitatis ob
 religionem etiam sponte tolerande ex
 tat exemplum: quod tamen illi deos
 colenti prodesse non potuit. capitulu; xvj.

H Abēt tñ isti d̄ captiuitate iligio
 nis cāz et sp̄ote tolerāda et i suis
 preclaris uiris nobilissimū exēplum.
 Marcus regulus ipator populi rōā
 ni captiuus apud carthaginēses fuit:
 qui cū sibi mallent a rōanis suos red
 di q̄ eorum tenere captiuos: ad hoc
 impetranduz etiam istum precipue re
 guluz cuz legatis suis romā miserūt:
 prius iuratione constrictum: si quod
 uolebant minime pegisset: redimuz eē
 carthaginē. Perrexit ille atq; i senatu
 cōtraria persuasit: quoniam non arbi

trabat utile esse rōane reipu. mutare captiuos. Nec post hanc psuasionem a suis ad hostes redire compulsus ē: s; q; iurauerat: id spōte impleuit. At illi eum excogitatis atq; horrendis ex cruciatibus necauerunt. Includū q̄p̄pe angusto ligno ubi stare cogeret: clauisq; acutissimis undiq; cōfixo: ut se in nullā eius partē iclinaret sine p̄is atrocissimis etiā uigilando p̄merūt. Merito certe laudant uirtutē tā magna infelicitate maiorē. Et p̄ deos ille iurauerat: quoz; p̄ cultu phibito has generi humano clades isti opinantur infligi. Qui ergo p̄p̄tea colebant: ut uitam istam p̄sp̄erā redderēt: si ueruz iuranti has irrogari p̄as seu uoluerē seu p̄miserē: q̄d periuro grauius irati facere potuerunt: S; cur ratiocinatōez meam n̄ potius ad utrūq; p̄cludam? Deos certe sic ille coluit: ut p̄p̄ iuris iurandi fidem nec remaneret i patria nec inde quo libet ire: s; ad suos acerrimos inimicos redire mime dubitaret. Hoc si huic uite utile existimabat: cui? tā horredū exitū meruit: p̄culdubio fallebat. Suo quippe docuit exēplo nihil deos ad istā temporalem felicitatē suis prodesse cultoribus: q̄nq; dem ille eoz; deditus cultui: et uictus et captiuus adductus ē. et q; noluit aliter q̄ per eos iurauerat facere: nouo ac prius inaudito n̄m̄umq; horribili supplicij genere cruciatus extinctus ē. Si autez cultus deoz; post hanc uitaz uelut mercedē reddit felicitatē: cur calūniat̄ ip̄ib; christiāis iō dñtes urbi accidisse illā calamitatē: quia deos suos colere destitit: cū potuerit et illos diligētissime colēs tā ifelix fieri q̄ ille regulus fuit? Nisi forte cōtra clarissimā ueritatē tanta quīq; demētia mīze cecitatis obn̄itur: ut p̄tēdē audeat uniuersam ciuitatē deos colētē ifelicē esse nō posse: unū uero hominē posse: quod uidelz potentia deorum suoz;

multos potius sit idonea conseruare q̄ singulos: cū mltitudo p̄stet ex singulis. Si autē dicūt marcū regulū etiā i illa captiuitate illisq; cruciatibus corporis animi uirtute beatū eē potuisse: v̄t pot̄ v̄a q̄rat: qua beata possit eē et ciuitas. Neq; n. aliunde beara ciuitas: aliunde homo: cū aliud ciuitas nō sit q̄ concors hominū multitudo. Quā obre fidū interi disputo qual i regulo uirtus fuerit. Sufficit nūc q̄ isto nobilissimo exemplo cogunt̄ fateri n̄ p̄p̄ corporis bona: uel eaz; rez; q̄ extrisec̄ homini accidunt colendos deos: quādoquidē ille carere his omnibus maluit: q̄ deos p̄ quos iurauit offendere. S; quid faciemus hoibus q̄ gloriāt̄ talem se habuisse ciuem: qualez timēt habere ciuitatem. Qd si non timent: tale ergo aliquid quale accidit regulo etiam ciuitati tam diligenter q̄ ille deos colenti accidere potuisse fateantur: et christiāis tempōib; nō calumniēt̄. Uez; quia de illis christiāis orta questio ē: qui et captiui ducti sunt: hoc intueantur et taceant: qui saluberrime religioni ex hinc impudenter atq; imprudēt̄ illudūt: q; si d̄ys eoz; probro non fuit q̄ attentissimus cultor illoz; dū eis iurisiurandi fidem seruaret patria caruit dū aliā non haberet: captiuusq; apud hostes per longā mortem supplicio noue crudelitatis occisus ē: multo minus nomen criminandum ē christiānum in captiuitate sacratioz; suoz;: qui supernam patriam ueraci fide expectantes: etiam in suis sedibus peregrinos se esse nouerunt.

An stupris que etiam sanctarum forte uirginum passa est captiuitas: cōtaminari potuerit uirtus animi sine uoluntatis assensu. cap. xvi.

m Agnū sane se crim̄ putāt obijcē christiāis: cū eoz; exaggerantes

captiuitatē addunt stupra ēt cōmissa: non solū in aliena matrimōia v̄giesq; nupturas: s; ēt i quasdā s̄ctimōiales. Hic uero non fides: non pietas: non ipsa uirtus que castitas d̄r: sed nostra potius d̄sp̄ratio inter pudorez atq; rōez quibusdam coartatur angustijs. Nec tm̄ curamus hic alienis respon- sionē reddere: quantū ipsis nostris cō solationem. Sit igitur imprimis possi- tum atq; confirmatum: uirtutē qua recte uiuitur ab animi sede membris corporis imperare: sanctumq; corp^o usu fieri sancte uoluntatis. Qua incō- cussa ac stabili pmanente: q̄cqd̄ aliud de corpore ul̄ in corpore fecerit: quod sine peccato proprio n̄ ualeat euitari p̄f culpam eē patiētis. Sed quia nō solum qd̄ ad dolorem: uerū etiam qd̄ ad libidinem pertinet in corpore aliēo perpetrari pōt: quicquid t̄le perpetra- tum fuerit: r̄ si retentā constantissimo aīo pudicitiam n̄ excutit: tm̄ pudorem incutit: ne credatur factum cum m̄tis etiam uoluntate: quod fieri fortasse si ne carnis aliqua uoluptate n̄ potuit.

De morte uoluntaria ob metū pe- ne siue dedecoris. cap. xvij.

a Per hoc r̄ que se occiderūt ne q̄c̄p̄ huiusmōi paterēt q̄s hūa- nus affectus eis nolit ignosci: Et q̄ se occidere noluerūt: ne suo facinore alie nū flagitiuz deuitaret: q̄s̄q; eis hoc cri- mīnī dederit: ipse criē insipientie non carebit. Nam utiq; si nō h; priuata po- testate hominē occidere uel nocentez: cuius occidendi licentiā lex nulla con- cedit: p̄fecto etiā q̄ seipsū occidit hōi- cida ē: r̄ tāto fit nocētio cū se occidit: q̄to inocētior i ea cā fuit qua se occi- dēdū putauit. Nā si iude factū mēito d̄restaur: enq; uitas indicat cū se laq̄o suspendit scelerate illius traditionis auxisse poti^o q̄ expiisse cōmissū: qm̄

dei mīaz desperando exitiabiliter pe- nitens: nullū sibi salubris penitētie lo- cū iliquit: q̄to magis a sua nece se ab- stinere debet: qui tali supplicio quid i se puniat non hēt: Judas enim cuz se occidit sceleratum hominē occidit: r̄ tm̄ non solum ch̄risti: uerum etiam sue mortis reus finiuit hanc uitam: q; lic; p̄pter suū scelus: alio suo scelere occi- sus ē. Lur aut̄ homo qui mali nihil fe- cit sibi male faciat: r̄ seipsum iterficiē- do: hōiez inficiat inocētē: ne aliū pati- atur inocētē: atq; i se: p̄peret pecca- tūm propriū: ne in eo perpetretur alienum.

De aliena uiolentiaz libidine: quā in opp̄sso corpore mens inuita perpe- titur. capitulum. xvij.

e Tenim ne uel aliena eū pollua- at libido metuit: non polluet si aliena erit: si autē polluet alēa n̄ erit: S; cū pudicitia uirtus sit animi: comi- tēq; hēat fortitudinē: qua potius q̄l; mala tolerare q̄ malo consentire de- creuit. Nullus aut̄ magnanim^o r̄ pu- dicus in potestate habeat quid de sua carne fiat: s; tantuz quid annuat m̄te uel reuauat: quis eadem sane mente pu- tauerit se pdere pudicitia: si fortem in- app̄hensa uel oppressa carne sua exer- ceatur r̄ expleatur libido non sua: Si enim hoc mō pudicitia perit: p̄fecto pudicitia animi uirtus non erit: nec p- tinebit ad ea bona q̄b^o bñ uiuitur: sed in bonis corporeis nūerabitur: qualia sūt uires: pulchritudo: sana integraq; ualitudo: ac siqd̄ huiuscemōi ē. Que bōa ēt si minuāt: bonam iustamq; ui- tam omnino non minuunt. Quod si tale aliquid ē pudicitia: ut quid pro il- la ne amittatur etiam cū periculo cor- poris laborat. Si autem bonum aīmi est: etiaz opp̄sso corpore n̄ amittit: qn̄ etiam sancte continentie bonum cum

inmūdicie carnalium ꝓcupiscētiarū
 nō cedit: ꝛ ipsū corpus sanctificatur:
 ꝛ ideo nō cum eis cedere inconcussa
 intentione persistit. Nec de ipso cōpo-
 re perit sanctitas: quia eo sancte uten-
 di perseverat uoluntas: ꝛ quantum ī
 ipso est ꝛ facultas. Neqꝫ. n. eo corpus
 sanctum ē ꝓ eius membra sunt inte-
 gra: aut eo ꝓ nullo cōtrectantur a tac-
 tu cū possint diuersis casibus ꝛ uulne-
 nerata uim ꝓpeti: ꝛ medici aliqñ salu-
 ti opitulantes hec ibi faciant que hor-
 ret aspectꝫ. *Obstetrix uirgis cuiusdā*
integritatē manu uelūt explorans seu
maliuolentia seu inscia siue casu dum
inspicit perdidit. Non opinor quenqꝫ
stulte sapere: ut huic perisse aliqꝫ
existimet etiā de ipsius corporis sācti-
tate: ꝓuis mēbrū illius itegritate iam
perdita: quocirca proposito animi ꝓ-
manente: per qđ etiā corpꝫ sanctifica-
ri meruit: nec ipsi corpori aufert sancti-
tatem uiolentia libidinis aliene: quāz
seruat perseverantia continentie sue.
An uero si aliqua feia mente corrup-
ta uiolatoꝫ ꝓposito qđ dō nouerat:
pergat uitianda ad deceptorem suūz:
adhuc eam ꝓgentez sanctā ul' corpore
dicimus: ea sanctitate animi ꝓ quam
corpꝫ sāctificabat āmissa atqꝫ destruc-
ta. Absit hic error: ꝛ hinc potius ad-
moneamur ita nō āmitti corpis scitatē
manēte animi sanctitate etiā corpore
oppꝫso: sicut āmitti corpōis sāctitas
uiolata animi sanctitate etiā corpore
intacto. Quāobrem non habet quod
in se morte spontanea puniat feia sine
ulla cōsensioe sua uiolent' oppressa ꝛ
alieno cōꝓssa peccato: qꝫto mius añqꝫ
hoc fiat: ne admittat hōicidiū certū:
cum ipsum flagitiū ꝓuis alienum
adhuc pendet incertum.

De lucretia q se ob illatū sibi stu-
 prum peremit. cap. xix.

a N forte huic perspicue rationi
 qua dicitur corpore oppꝫso ne-
 quaꝫ ꝓposito castitatis ulla ī malūz
 ꝓsensione mutato: illius tantum esse
 flagitiū qđ oppꝫmens ꝓcubuerit: nō illi
 us que oppressa concumbenti nulla
 uoluntate consenserit: contradicē au-
 debunt hi contra quos femināz chꝛi-
 stianarum in captiuitate oppressarū:
 non tantum mentes uerum etiam cō-
 pora sancta defendimus. Lucretia cer-
 te matronam nobilē ueteremqꝫ rōa-
 nam pudicitie magnis efferunt laudi-
 bus. Huius corpore cum uiolēter op-
 presso tarquinij regis filius libidiose
 ꝓotitus esset: illa scelus iprobissimi iu-
 uenis marito collatino ꝛ ꝓꝓi quo bru-
 to uiris clarissimis ꝛ fortissimis indi-
 cauit: eosqꝫ ad uindictam constrinxit.
 Deinde fedi in se cōmissi egra atqꝫ ipa-
 tiens se peremit. Quid dicimus: adul-
 tera hec an casta iudicanda est: Quis
 in hac controuersia laborandū puta-
 uerit: Egregie quidam ex hoc ueracitē
 qꝫ declamās ait mirabile dictū. Duo
 fuerunt: ꝛ unus adulterium admisit.
 Splendide atqꝫ uerissime. intues eū
 in duūz corpōz cōmixtione: unius in-
 quinatissimā cupiditatē: alterius castis-
 simā uoluntatē: ꝛ nō qđ coniunctione
 mēbroꝫ: sꝫ qđ aīoꝫ diuersitate agere-
 tur attendens. duo inquit fuerunt: ꝛ a-
 dulterium unus admisit: Sꝫ qđ est
 hoc qđ ī eā grauius uidicat que adul-
 terium nō admisit: Nam ille patria et
 cū ꝓie pulsus ē: hec sūmo mactata est
 supplicio. Si nō ē illa ipudicitia qua
 inuita cōprimi: nō est hec iustitia qua
 casta punit: uos appello leges iudices
 qꝫ rōani. Nempe post perpetrata faci-
 nora nec quenqꝫ scelestū ꝛ indēnatūz
 impune uoluitis occidi. Si ergo ad
 uestrum iudiciū quisqꝫ deferret hoc
 crīm: uobisqꝫ ꝓbare nō solū indemna-
 tā: ueꝫ etiam castā ꝛ inocētem infec-
 taz esse mulierem. nonne eum qui id

fecisset seueritate cōgrua plecteretis.
 Hoc fecit illa lucretia: illa sic p̄dicata
 lucretia: inocētē: castā: uim p̄pessam:
 lucretiā insup infemit. Proferte sen-
 tentiā: qđ si propterea non potestis: qđ
 non astat quā punire possitis: cur in-
 terfectricē innocētis ⁊ caste tāta predi-
 catione laudatis? Quā certe apud in-
 fernos iudices etiā tales quales poe-
 taz uōz carmibus cantitant: nulla
 ratione defenditis constitutā? scilicet
 inter illos qui sibi letū insontes pepe-
 manu lucemq̄ perosi p̄ceci aias: cui
 ad superna redire cupienti fas obstat:
 tristiq̄ palus innabilis unda alligat.
 An forte ideo ibi non est: quia n̄ ison-
 tem: sed male sibi consciam se pemit?
 Quid si enim qđ ipsa tantummodo
 nosse poterat: q̄uis iuueni uiolenter
 irruenti etiā sua libidine illecta con-
 sensit. Idq̄ in se puniēs ita uoluit: ut
 morte putaret expiandū: q̄q̄ nec sic
 quidē occidere se debuit: si fructuosaz
 possz apđ deos falsos agē p̄niaz. Ce-
 rūtñ forte ita ē: falsiq̄ ē illđ qđ fuerūt
 duo ⁊ adulteriū unus admisit: sed
 potius abo adulteriū cōmiserūt: un?
 manifesta inuasiōe: altera latente cō-
 sensione. non se occidit insontē: ⁊ ideo
 potest a litteratis eius defensoribus
 dici nō esse apud inferos inter illos qđ
 sibi letum insontes peperere manu.
 Sz ita hec causa ex utroq̄ latere co-
 artatur: ut si extenuatur homicidiū: a-
 dulteriū p̄firmetur: si purgat adulteriū:
 homicidiū cumuletur. Nec omnino i-
 uenitur exitus: ubi dī si adultera: cur
 laudata: si pudica: cur occisa. Nobis
 tñ i hoc tā nobili semie huius exēplo
 ad istos refutādos: qđ christianis femi-
 nis i captiuitate cōp̄ssis alieni ab om-
 ni cogitatione sancitatis insultāt: suf-
 ficīt qđ i p̄claris eius laudibus dictuz
 ē: duo fuerūt: ⁊ adulteriū unus admi-
 sit. tal. n. lucretia ab eis magis credi-
 ta ē: que se nullo adulterino potuerit

maculare p̄sensu. Qđ ergo seipsā qm̄
 adulteriū pertulit: etiam nō adultera
 occidit: nō ē pudicitie caritas: sed pu-
 doris infirmitas. Ad dicit eā eum tur-
 pitudis aliene in se cōmisse: etiam si n̄
 secuz ⁊ romana mulier laudis auida
 nimū uerita ē: ne putaret qđ uiolenter
 est passa: cum uiueret libenter passa si
 uiueret. Unde ad oculos hominum
 mentis sue testem illam penam adhi-
 bendam putauit: quibus conscientiaz
 demonstrare non potuit. Sociā q̄ppe
 facti se credi erubuit: si quod aliū in
 ea fecerit turpiter: ferret ipsa patiēter.
 Non hoc fecerunt seie ch̄stiane: que
 passe similia uiuunt. Tñ nec i se ulte
 sunt crimē alienū: ne alioz sceleribus
 adderent sua: si qm̄ hostes in eis con-
 cupiscendo supra cōmiserāt: ille in se
 ipsis homicidia erubescendo commit-
 terent. Hñt quippe intus gloriā ca-
 stitatis testimoniū cōsciētie: hñt autez
 corā oculis dei sui: nec requirunt am-
 plius: nisi quid recte faciant: n̄ āplius
 hñt: ne deuiant ab auctoritate legis di-
 uine: cuz male deuiant offensionem
 suspicionis humane.

*non pudicitie caritas
 sed pudoris infirmitas
 ad dicit eam eum turpitudis
 aliene in se commisse: etiam si non
 secuz ⁊ romana mulier laudis auida
 nimū uerita ē: ne putaret quod uiolenter
 est passa: cum uiueret libenter
 passa si uiueret.*

Nullā esse auctoritatē que christia-
 nis in qualz causa ius uolūtarie necis
 attribuat. cap. xx.

n. Eoz. n. frustra i sc̄is canonicisq̄
 libris nusq̄ nobis diuinitus p̄-
 ceptū p̄missum ue reperiri pōt: ut uel
 ipsius adipiscende immortalitatis: ul'
 ullius carēdi cauēdiq̄ mali cā nobis
 metipsis necem inferamus. Naz ⁊ p̄-
 hibitos nos esse intelligendū ē: ubi lex
 ait: non occides: p̄stiz qđ non addidit
 pximuz tuū: sicut falsū testimoniū
 cum uetaret: falsū inquit testimoniū
 nō dices aduersus proximum tuum.
 Nec iō tñ si aduersus seipsum quisq̄
 falsum testimoniū dixerit ab hoc cri-
 se putauerit alienuz: quoniam regl̄az

diligendi proximi a semetipso dilectio
 accepit: quoniam quod est scriptum est: diliges
 proximum tuum sicut teipsum. Porro si
 falsi testimonij non minus reus est qui
 de seipso falsus fatetur: quam si aduersus pro-
 ximum hoc faceret: cum in eo precepto
 quo falsum testimonium prohibetur: ad-
 uersus proximum prohibeat: possitque non re-
 ce intelligentibus uideri non esse prohibi-
 tum: ut aduersus seipsum quisque falsus
 testis assistat: quanto magis intelligendum est
 non licere homini seipsum occidere: cum
 in eo quod scriptum est non occides: ni-
 hilo deinde addito nullus nec ipse utique
 cui precipitur intelligatur exceptus? Un-
 de quidam hoc preceptum et in bestias
 ac pecora conantur extendere: ut ex hoc
 etiam nullum eorum liceat occidere. Cur non
 ergo et herbas et quicquid humore radici-
 tus aliter ac figit: Nam et hoc genus re-
 rum quous non sentiat deum uiuere: ac per
 hoc potest et mori: proinde etiam cum
 uis adhibetur occidi. Unde et apostolus
 cum de huiuscemodi seminibus loqui-
 retur: tu inquit quod seminas non uiuifi-
 catur nisi prius moriatur. et in psalmo
 scriptum est: occidite uites eorum in grandie.
 Nunquid igitur ob hoc cum audiu-
 mus non occides uirgultum uellere ne-
 fas ducimus: et manicheorum errorem
 insanissime acquiescimus? His igitur
 deliramentis remotis: cum audimus non
 occides: si propterea non accipimus hoc
 dictum esse de fructibus: quia nullus est
 eis sensus: nec de irrationabilibus ani-
 malibus: uolatilibus: natatilibus: ab-
 uolantibus: reptilibus: quia nulla nobis ra-
 tionis societas: quia non eis datum est nobiscum
 habere communem. Unde iustissima ordi-
 natione creatoris et uita et mors eorum
 nostris uisibus subditur. Restat ut de
 homine intelligamus quod dictum est non
 occides. Non aliter ergo: nec te. neque
 eum qui se occidit: aliud quam hominem
 occidit.

De interfectionibus hominum que ab homi-
 cidij crimine excipiuntur. cap. xxi.

q. Quasdam uero exceptiones eadem
 ipsa diuina fecit auctas: ut non liceat
 hominem occidi: sed his exceptis quos
 deus occidi iubet: siue data lege siue ad
 personam pro tempore expressa iussioe.
 Non autem ipse occidit: qui ministerium
 debet iubenti: sicut administrum gla-
 dius est utenti: et ideo nequaquam contra hoc
 preceptum fecerunt: quo dictum est: non
 occides qui deo auctore bella gesserunt
 aut personam gerentes publice potestatis
 secundum eius leges: hoc est iniustissime rationis
 imperio sceleratos morte punierunt.
 Et abraham non solum non est culpatus crudeli-
 tatis crime: uerum etiam laudatus est nomine
 pietatis: quia uoluit filium nequaquam sce-
 lerate sed obedienter occidere. Et merito
 quoniam utique per iussu dei sit hunc quod
 iuste filia que patri occurrit occidit:
 cum se imolaturum deo id uouisset: quod
 redemptum de periculo uictori premitur occurri-
 set. Nec sapienter aliter excusat: quia seipsum cum
 hostibus ruina domus oppressit: nisi quia
 spiritus latent hoc iusserat: qui per illum
 miracula faciebat.

Quoniam non possit mors uoluntaria ad
 magnitudinem animi pertinere. cap. xxij.

b. Is ergo exceptis quos uel lex
 iusta generaliter: uel ipse deus iniusticie
 deus specialiter occidi iubet: quisquis hominem uel
 seipsum uel quolibet occiderit: homicidij
 crimine innectitur: Et quicumque hoc
 in seipsis perpetrauerunt: animi ma-
 gnitudine fortasse mirandi: non sapi-
 entie sanitate laudandi sunt: quiaquam si
 rationem diligentius consulas: nec ipsa
 quidem animi magnitudo recte noiat:
 ubi quisque non ualeo tolerare uel quicquam
 aspera: uel aliena peccata se ipse intere-
 merit. Magis enim mens infirma depre-
 henditur: que ferre non potest uel duram

sui corporis seruitutē: uel stultā uulgi opinionem. Maiorq; animus merito dicendus ē: qui uitam eternā magis potest ferre q̄ fugere: et humanum iudicium maxieq; uulgare: qđ plerunq; caligine erroris inuoluitur pre p̄scie luce ac puritate contēnere. Quāob̄re si magno animo fieri putandum est: cum sibi homo ingerit mortē: ille potius theobrot' i hac aīmi magnitudine reperitur: quē ferūt lecto platonis libro ubi de immortalitate anime disputauit se precipitē dedisse de muro: atq; ita ex hac uita emigrasse ad eā quā credidit eē meliorē. Nihil. n. urgebat aut calamitatis aut criminis: seu ueruz seu falsum: qđ nō ualendo ferre se auferret: sed ad capescendam mortem atq; ad huius uite suauia uicula rūpēda: sola affuit animi magnitudo. Quod tñ male potius factuz esse q̄ bñ testis ei potuit esse plato ipse quez legerat: qui profecto id precipue potissimūq; fecisset uel etiā p̄cepisset: nisi ea mēte qua immortalitatem anime uidit: ne quaq; faciendum: q̄netiā prohibēduz esse iudicasset. At eim multi se itēme zūt: ne in manus hostiū peruenirent: nō modo querimus utrū sit factum: s; utz fuerit faciendū. Sana quippe rō etiam exemplis atēponēda est: cui quidem et exempla concordant. sed illa que tanto digniora pietate. Nō fecerūt patriarche: nō p̄phete: nō apostoli: q; et ipse dominus iesus christus quādo eos qui persecutionem paterentur: fugere admonuit de ciuitate in ciuitatē: potuit admonere ut sibi manus inferrent: ne in manus persequentium peruenirēt. Pōro si hoc ille nō iussit aut monuit: ut hoc modo sui ex hac uita emigrarēt: qđ' emigrātib' se māsiōes etnas p̄patuz eē p̄misit: q̄lz exempla opponāt gētes q̄ ignorāt deū: māifestum ē hoc non licere colētib; unuz

uerum deum.

Quale exēplum sit catōis : qui se uictoriam cesaris non ferens interemit. capitulum. xxij.

f Ed tñ etiā illi pieter lucretiam de qua supra satis quod uōba tur dixius: n̄ facile repiūt d̄ cuius auctoritate prescribāt: nisi illum catonez qui se utice occidit: nō q; solus id fecit: sed q; uir doctus et probus habebat: ut merito putaret recte etiā fieri potuisse l' posse qđ fecit. De cuius facto qđ potissimū dicā: nisi q; amici eius et docti quidam uiri: qui hoc fieri prudentius dissuadebant: imbecilliois q̄ fortioris animi factus esse cēsuerūt: quo demonstraret n̄ honestas turpia precauens: s; infirmitas aduersa non sustinēs: Hoc et ipse cato in suo carissimo filio iudicauit. Nam si turpe erat sub uictoria cesaris uiuere: cur auctor huius turpitudis peior filio fuit: quē de cesaris benignitate omnia sperare precepit: Cur non et illum secum coegit ad mortem: Nam si eū filium qui cōtra imperiū in hostem pugnauerat: etiā uictorē laudabiliter tōquatus occidit: cur uictus uicto filio pepercit cato: qui nō pepcit sibi? An turpi' erat cōtra ipiū esse uictorē: q̄ cōtra decus ferre uictorē: Nullo mō igif cato tpe eē iudicauit sub uictore cesare uiuere: alioqñ ab hac turpitudine paterno ferro filiū liberaret. Quid ē ergo nisi q; filiū quātū amaui: cui parci a cesare et spauit et uoluit: tñ glorie ipsius cesaris: ne ab illo etiam sibi parceretur: ut ipse cesar dixisse fertur inuidit: aut ut aliquid nos mitius dicamus erubuit.

Q; in ea uirtute qua regulus cato ne prestantior fuit: multo magis emiesant christiani. cap. xxiiij.

n Olunt autem isti contra quos agimus: ut sanctū uirū iob q̄ tā horrēda mala ī sua carne perpeti maluit: q̄ illata sibi morte oibus carere cruciatibus: uel alios sanctos ex n̄is litteris summa auctoritate celsissimīs fideq̄ dignissimīs: qui captiuitatē dominationēq̄ hostium ferre: q̄ sibi necem inferre maluerint: catoni preferamus. Sed ex litteris eorum eundem illum marco catoni marcum reguluz preferam⁹. Lato enim nunq̄ cesarem uicerat cui uictus dedignatus ē subijci: ⁊ ne subijceret a seipso elegit occidī. Regulus autē penos tā uicerat: ipioq̄ romano romanus imperator non ex ciuibus dolendam: sed ex hostib⁹ laudandam uictoriam reportaerat: ab eis tamē postea uictus maluit eos ferre fulendo: q̄ eis se auferre moriēdo. Proinde seruauit ⁊ sub carthaginēsiū dñatione patientiam: ⁊ in romāorum dilectione constantiam nec uictū auferens corpus ab hostibus: nec uiuicum animum a ciuibus. Nec q̄ se occidere noluit: uite huius amore fecit. hoc probauit euz causa p̄missi iurifq̄ iurandi ad eosdē hostes: quos grau⁹ in senatu uerbis q̄ ī bello armis offēderat sine ulla dubitatione remeauit. Tantus itaq̄ uite huius contemptor cū seuiētibus hostibus per quaslibet penas eam finire: quā se ipse p̄mere maluit: magnū scelus eē si se homo interimat proculdubio iudicauit: inter suos om̄s laudabiles ⁊ v̄tutū īsignib⁹ illustres uiros nō p̄ferūt romani meliorem: quem neq̄ felicitas corruperit: nā in tanta uictōia paup̄im⁹ p̄malit: nec infelicitas fregerit: nam ad tanta exitia reuertit itrepidus. Porro si fortissimi ⁊ preclarissimi uiri terrene patrie defensores: deozūq̄ licet falsozum n̄ tñ fallaces cultores: sed ueracissimi etiaz iuratores qui hostes uictos more ac iure bellī ferire potuerunt: hi ab

hostibus uicti seip̄os ferū noluerūt: ⁊ cum mortem minime formidarent: uictos tñ dominos ferre q̄ eaz sibi inferre maluerunt: quāto magis christiani uerum deū colentes: ⁊ sup̄ne patrie suspirantes ab hoc facinore temp̄ abūt: si eos diuina dispositio uel p̄bandos uel emēdandos ad t̄ps hostib⁹ s̄ iugauerit: quos in illa humilitate nō deserit qui p̄p̄t eos tā humiliter uenit altissimus: p̄fert⁹ quos nulli⁹ militaris potestatis uel talis militie iura cōstringunt ipsū hostē ferre superatum. Quis ergo tam malus eror obrepit: ut homo se occidar: uel quia in eū peccauit: uel ne in eum peccet inimic⁹: cū uel peccatorem uel peccatuz ipsuz occidere non audeat inimicum⁹.

Quod peccatum non per peccatuz de beat declinari. capitulum. xxv.

a Tenim timēdū ē ⁊ cauendū: ne libidini hostili subditū corpus illecebrosa uoluptate aīnū alliciat cōsentire peccato. Proinde inquit nō tā propter alienū: s̄ p̄pter suum peccatū anteq̄ hoc quisq̄ committat se debet occidere. Nullo modo quidem hoc faciat animus ut consentiat libidini carnis sue aliena libidine concitate: q̄ dō potius eiusq̄ sapientie: q̄ corporis cōcupiscentie subiectus est. Ueruntamē si detestabile facinus ⁊ damnabile scelus est etiam seip̄sum hominem occidere: sicut ueritas manifesta p̄clamat: quis ita desipiat ut dicat iam nūc peccemus: nepostea forte peccemus. Jam nūc p̄petremus homicidiū: ne forte postea incidamus in adulterium. Nōne si tantū dñatur iniquitas: ut n̄ innocētia sed potius peccata eligant satius ē incertum pro futuro adulteriu: q̄ certū de p̄nti hōicidiū. Nonne satius est flagitiū committere q̄d penitēdo sanetur: q̄ tale facinus ubi locus salubris

penitentie non relinquitur : Hec dixi propter eos uel eas q̄ non alieni sed proprij peccati deuitandi causa: ne s̄b alterius libidie etiā excitare sue forte consentiant: uim sibi qua moriāt inferendā putant. Eterum absit a mente christiana que deo suo fidit: i eoq; spe posita eius adiutorio nititur. absit it̄q; ut mēs talis cuiuslibet carnis uoluptatib⁹ ad consensuz turpitudinis cedat. Quod si illa cōcupiscential' inobediētia que adhuc in mēbris moribundis habitat: preē nostre uoluntatis legem quasi lege sua mouet: quanto magis absq; culpa ē in corpōe nō p̄sentētis: si absq; culpa est i corpore dormiētis.

De his q̄ fieri n̄ lz cū a s̄ctis facta noscunt qua ratione facta credenda sit cap. xvi.

*347
24
i p̄st. igno
ni mōris*

f Ed quedā inqunt sancte femie tēpore persecutionis: ut insectatores sue pudicitie deustarent in rapturū atq; necatur̄ se fluuiū p̄cecerūt: eoq; mō defuncte sunt: earūq; martyria in catholica ecclia ueneratiōe celeberrima frequentant. De his nihil temere audeo iudicā: utrum. n. ecclesie aliquibus fide dignis testificatiōibus ut eoꝝ memoriā sic honoret diuina p̄suaserit auctoritas nescio : ⁊ fieri pōt ut ita sit. Quid si enim hoc fecerunt non humanitus decepte: s; diuinitus iusse: nec errantes: s; obedientes: sicut d̄ sampson aliud nobis fas n̄ ē credē? Cum autem deus iubet: seq; iubere si ne ullis ambagibus itimat: q̄s obediētiā in crimē uocet? Quis obsequiū pietatis accuset? S; non ideo sine scelerē facit quisquis deo immolare filiū decreuerit. Sed hoc abraā etiam laudabiliter fecit. Nam ⁊ miles cum obediens potestati sub qua legitime constitutus est hominem occidit: nulla ciuitatis sue lege reus hōicidij: imo nisi

fecerit: reus est imperij deserti atq; cōtempti. Quod si sua spōte atq; auctoritate fecisset: crimē effusi hūai sāguis icidisset. Itaq; uñ punit nisi fecit iustus: ide punit nisi fecerit iustus. Qd si ita ē iubēte ipatore: q̄to magis iubēte creatore? Qui ergo audit nō licē se occide: faciat: si iussit cuius n̄ lz iussa contemnere. Tantūmō uideat utrum diuina iussio nullo nutet incerto: nos per aurem conscientia conuenimus: occultorum nobis iudiciū n̄ usurpamus. Nemo scit quid agat i homine: nisi spiritus hois qui in ipso est : hoc dicimus: hoc asserimus : hoc modis omnibus approbamus: neminē spontaneā mortē sibi inferre debere uelut fugiēdo molestias tēporales ne icidat in perpetuas. Neminem propter aliena peccata ne hoc ipso incipiat habere grauissimū propriū: quē n̄ polluebat alienum. Neminē ppter sua peccata preterita : ppter que magis hac uita opus est ut possint penitendo sanari. Neminē uelut desiderio uite melioris que post mortē sperat: q; reos sue mōtis melior post mortem uita non suscipit.

An ppter peccati declationē mōs spontanea appetenda sit. cap. xvij.

r Estat una cā de qua dicē cepā: q; utile putat ut se q̄sq; iustificat: scilicet ne irruat in peccatū uel blandiente uoluptate uel dolore seuiēte. quā causam si uoluerimus admittere: eo usq; progressa perueniet ut hortandi sint hoies tunc se potius interimere: cum lauacro sancte regenerationis abluti: uniuersoz remissionē accepint peccatorum . Tunc enim tempus est cauendi omnia futura peccata: cū sūt omnia deleta preterita. Quod si morte spōtanea recte sit: cur n̄ tūc potissimū sit? Cur baptizatus sibi quisq; parcat?

Cur liberatū caput tot rursus uite hu-
 ius periculis inserit: cum sit facillime
 potestatis illata sibi nece oia deuota:
 cum scriptum sit: qui amat periculum
 incidit in illud. Cur ergo amantur tot
 ⁊ tanta pericula: uel certe etiam si non
 amant suscipiuntur: cur manet in hac
 uita cui abscedere licitū est? An uero
 tā insulsa perversitas cor evertit ⁊ a
 consideratiōe ueritatis auertit: ut si se
 quisq; interimere debet: ne unū capti-
 uantis dñatu corruat in peccatum: ui-
 uendum sibi existit: ut ipsum pferat
 mundum per omnes horas tentatio-
 nibus plenum ⁊ talibus qualis sub
 uno domino formidatur: ⁊ innumera-
 bilibus ceteris: sine quibus hec uita
 non ducit. Quid igit cause est cur in
 eis exhortationibus tempora psuma-
 mus: quibus baptizatos alloquendo
 studemus accendere: siue ad uirgiales
 integritatem: siue ad continentiam ui-
 dualem: siue ad ipsam thori conjugal
 fidem: cum habeamus meliora ⁊ ab
 omnibus peccandi periculis rēota cō-
 pēdia: ut q̄bulcūq; post remissionem
 recentissimam peccatorū: arripiendaz
 mortē sibiq; ingerendam persuadere
 potuerimus eos ad dominū saniores
 purioresq; mittamus? Porro si q̄sq;
 hoc aggrediendum atq; psuadendum
 putat: n̄ dico desipit s; insanit. Qua-
 tandē fronte homini dicit: interfice te:
 ne quis tuis peccatis adūcias graui:
 dum uiuis sub dño barbaris morib;
 impudico: qui non potest nisi scelera-
 tissime dicere. Interfice te peccatis tu-
 is oibus absolutis: ne rursus talia ul-
 etiam peiora committas dum uiuis i
 mundo tot impuris uoluptatibus il-
 lecebrosos: tot nefandis crudelitib;
 furioso tot erroribus ⁊ terrib;
 inimico. Hoc q; nefas est dicere: nefas ē
 pfecto se occidere. Nā si hoc sponte
 faciendi ulla cā iusta esse posset: pcul-
 dubio iustior q̄ ista n̄ esset: quia uero

nec ista ē: ergo nulla est. Nō itaq; uo-
 bis o fideles christi sit tedio uita uia:
 si ludibrio fuit hostib; castitas uia: ha-
 betis magnā uerāq; consolationez: si
 fidā psciētā itietis n̄ uos p̄sēisse pec-
 catis eoz q̄ i uos peccaz pmissi sūt.

Qd iudicio dei i corpōe p̄tētū li-
 bido hostil' peccaz pmissa sit ca. xxviiij.

q Uod si forte cur pmissi sūt que-
 ritis: alta q̄dē ē puidētia crea-
 toris mundi atq; rectoris: ⁊ iscrutabi-
 lia sūt iudicia ei': ⁊ inuestigabiles uie
 eius. Ueruntū iterrogate fidelit aias
 uestras: ne forte d̄ isto itegritatis ⁊ cō-
 tinentie uel pudicitie bono uos iflati
 extulistis: ⁊ humanis laudibus delect-
 ate in hoc etiam aliquibus inuidistis.
 Non accuso quod nescio: nec audio
 quod uobis infrogata corda uia res-
 pondent: tñ si ita esse responderint: no-
 lite mirari hoc uos amississe: unde ho-
 mibus placere gestistis: illud uobis re-
 mansisse quod ostendi hoibus n̄ pōt.
 Si peccantibus nō consensistis: diu-
 ne gratie ne amitteretur diuinū acces-
 sit auxiliū: humane glorie ne amaret
 humanū successit obprobriū. i utroq;
 cōsolamini pusillamines illinc p̄bate
 hinc castigate illinc iustificate hic em-
 date. Quarum uero corda itrogata
 respōdent nunq; se de bono v̄gitatis
 uel uiduitatis uel cōiugalis pudicitie
 superbisse: sed humilib; p̄sentendo d̄
 dono dei cum tremore exultasse: nec
 inuidisse cuiq; paris excellētā s̄c̄tita-
 tis ⁊ castitatis: s; humana laude post-
 posita: que tanto maior deferrī solet:
 quāto ē bonū rarius qd̄ exigit laudez
 optasse potius: ut eaz ap̄lioz nūerus
 esset: q̄ ut ipse in paucitate amplius
 eminerent. Nec iste quidē q̄ tales sūt:
 si eaz quoq; aliquas barbarica libi-
 do cōp̄ssit: pmissum hoc esse causent:
 nec ideo credant deum ista negūgere

quia pmittit quod nō ipune com-
mittit. Quedam enim uelut pōdera
malaz cupiditatū: et per occultū diuī-
num presens iudiciū relaxantur: et
manifesto ultio referuant. Fortassis
ast iste que bñ sibi sunt conscie nō se
ex isto castitatis bono cor inflatum ex-
tulisse: et tamen uim hostilem in carne
perpessē sunt: habebant aliquid laten-
tis infirmitatis: que possent in super-
bie fastū si hanc humilitatē i uastatio-
ne illa euasisset extolli. Sicut ergo q̄-
dam morte rapti sunt: ne malicia muta-
ret intellectum eorum: ita quiddam
ab istis ui raptā ē: ne prospitas muta-
ret modestiam earum. Utrisq; igitur
que de carne sua q̄ turpē nulli^o essent
ppesse cōtactum: uel iā superbiebant:
uel superbire: si nec hostiū uolētia cō-
trectate essent forsitā poterant: non a-
blata ē castitas: s; humilitas psuasa.
Illaz tumori occursum est manenti:
istarum occursum est imminētī. Quāq;
et illud n̄ sit tacendum: q̄ quibusdam
que ista perpessē sunt: potuit uideri cō-
tinentie bonum in bonis corporalib;
deputandum: et tunc manere si nulli^o
libidine corp^o atrectaret: non autem
esse positum in solo adiuto diuinitus
robore uoluntatis: ut sit sēctū et corp^o
et spiritus: nec tale bonū esse q̄ inuito
aio possit auferrī: qui errō eis fortasse
sublatus ē. *Lum. n. cogitant qua con-*
sciētia deo seruiert: et fide inconcussa
non de illo sentiunt q̄ ita sibi seruien-
tes: eumq; ita inuocantes deserere ul-
lo modo potuerit: quātūcūq; illi casti-
tas placeat dubitare non possunt. uī-
dent esse consequens nequaq; illū fu-
isse pmittit: ut hec acciderent s̄ctis
suis: si eo mō perire posset sanctitas:
quā cōtulit eis et diligit in eis.

Quid fāilia christi iudē d̄beat ifidli
b^o cū exprobrāt q̄ eaz a furore hostiū
non liberauerit christus. cap. xxx.

b Abet itaq; ois fāilia sūmi et
ueri dei consolationē suā nō sal-
lacē: nec in spe rerum nutantium uel
labentium constitutam: uitāq; etiam
ipsam tēporalem mīme penitendam:
i qua eruditur ad eternam: bonisq; ē-
renis tanq̄ peregrina utit^r nec capit:
malis autē probatur aut emendatur.
Illi vō qui probitati eius insultant:
etiā dñt cū forte in aliqua tēporalia
mala deuenierit: ubi est deus tuus? Ip-
si dicant: ubi sunt dñi eoz: cū talia pa-
tiant pro q̄bus euitandis eos uel co-
lunt uel colendos esse contendūt. Nā
ista respōdet: deus meus ubiq; p̄ns ē
ubiq; totus: nusq; inclusus: qui possit
adesse secretus abesse n̄ mor^o. Ille cuz
me aduersis reb^o exagitat: aut merita
examinat: aut peccata castigat: merce-
e Nos quidē in nobis tārsi nō equalē: imo ualde lōgeqz distantē: neqz coeternā: 7 quo breuius totuz dī nō eiusdem sūstantie cuius est deus: tamen quia deo nihil sit in rebus ab eo factis natura ppiqz: imaginē dei hoc ē sūme illi trinitatis agnoscius: ad hoc reformatōe perficiendā: ut sit ēt similitudine pxiā. Nā 7 sumus: 7 nos eē nouimus: 7 nostrz esse ac nosse diligētis. In his autē tribus que dixi: nulla nos falsitas uerisimilis turbat. Non. n. ea sicut illa qd foris sunt ullo sensu corpōris tangimus: uelut colores uidentō: sonos audicō: odores olfaciēdo: sapos gustando: dura 7 mollia contrectando sentius: quoz sē sibiliū ēt imagies eis simillimas: nec iam corporeas cogitatione vsāus: memoria tenemus: 7 per ipsas in istoruz desideria concitāur: s; sine ulla phāta siāz uel phantasmātū imaginatione ludicatoria me esse me idqz nosse 7 amare certissimū ē. Nulla in his ueris academicoz argūta formido dicentium. Quid si falleris: Si. n. fallō: sū. Nā qui non ē: utiqz nec falli pōt: ac p hoc sū si fallor. Quia ego sū qd fallō: quomō esse me fallor: qm certū est me esse si fallor: Quia igitur essem qui falleret: etiam si fallar proculdubio i eo qd me noui esse nō fallor. Cōsequē ē autē ut etiā in eo qd me noui nosse: nō fallar. Sicut enim noui me esse: ita noui ēt hoc ipsum nosse me. Itaqz duo cum amo: eundez quoqz amorem qd dā tūū nec imparis efficiatōis eis qual noui rebus adiungo. Neqz enim fallō amare me: cū in his qd amo nō fallar. Quāqz rsi illa falsa essent: falsa me

amare uerum esset. Nā quo pacto recte reprehenderer: et recte phiberer ab amore falso: si me illa amā falsum esset: Lū ūo et illa uera atq; certa sint: q̄s dubitet q̄ eorū que amā et ipse aōr uerus et certus est: Tā porro nemo est q̄ eē se nolit: q̄ nō ē q̄ n̄ eē b̄tus uelit. Quō. n. pōt beatus eē si nihil ut.

De essentia et sciētia et utriusq; amore. cap. xxvij.

I Ta ūo uī quadā naturali ipsuz eē iocūdū ē: ut nō ob aliud et hī qui miseri sunt nolint interire. Et cuz se miseros esse sentiant: nō seipos de rebus: sed miseriā suā potī auferrī uelit. Illis ē et q̄ sibi miserrimi appent: et plane sunt: et nō solū a sapientibus qm̄ stulti: uez et ab hīs qui beatos se putant: miseri iudicant: qz pauperes atq; mendici sunt: si quis immortalitē daret qua nec ipsa miseria moreret: pposito sibi q̄ si in eadē miseria sēp esse nollent: nulli et nūq̄ essent futuri: sed oīmpo periturū: pfecto exultarent leticia: et sic semp eligerent eē q̄ oīo nō esse. Huius rei testis est notissimus sēsus eorū. Unde. n. mori metuūt: et malunt in illa erūna uidere: q̄ eā morte finire: nisi qz satis appet q̄ ifugiat natura nō esse: Atq; iō cū se nouerint eē mortuos: pro magno b̄nficio sibi hāc impendi misericordiam desiderāt: ut aliq̄to pducti in eadē miseria uiuāt: tardiusq; moriant. Proculdubio ēgo indicāt: immortalitē saltē talē q̄ n̄ habeat finem mendicitatis: quanta gratulatione susciperent. Quid aialia oīa ēt irrationalia: quib⁹ datū n̄ est ista cogitare: ab iūns dracoibus usq; ad exiguos uermiculos: Nonne se eē uel le atq; ob hoc inītiū fugere: oīb⁹ q̄b⁹ p̄nt motibus indicant: Quid arbuta om̄sq; frutices: quib⁹ nullus ē sēsus ad uitandā māifesta motiōe perniciē:

Nonne ut in auras turū cacumis germē emittant: altius terre radices affigunt quo alim̄tū trahāt: atq; ita suuz quodamō eē p̄uēt: Ipa postrō cōpora q̄b⁹ nō solū sensus: s; nec ulla saltē seialis est uita: ita tamen uel exiliunt i supna: uel in ima descendunt: l̄ libratur in medijs: ut essentiā suā ubi s̄m naturā p̄nt esse custodiant. Iā ūo nos se q̄rū amet: q̄q; falli nolit natura humana: uel hic intelligi pōt: qz laētari q̄sq; sana m̄te malunt: q̄ letari i amētia. Que uis magna et mirabilis mortalib⁹ preter homini animantibus nlla ē: s; eorū q̄busdā ad istā lucē cōtuen dā multo q̄ nobis sit acrior sensus oculoꝝ: s; lucē illā icōporeā cōtingere neq̄r: qua mens nostra quodammodo radiat: ut de his oīb⁹ recte iudicare possimus. Nā inq̄tū eam capimus: i tantū id possumus. Uerūtū iest sēsb⁹ irrationaliū: n̄ si scia nullo mō: at certe q̄dā scie similitudo. Eeta aut̄ rez corporaliū non quia sentiunt: sed qz sentiuntur sensibilia nūcupata sunt. Quorum in arbutis hoc simile est sensib⁹: qz alunt et gignunt. Uerūtū et hec oīa corporalia latent in natura cās h̄nt: s; formas suas quib⁹ mundi huius uisibilis structura formosa ē: sentiendas sensibus prebent: ut pro eo qz nosse n̄ possunt: quasi innotescere uelle uideatur. Sed nos ea sensu corporis ita capimus: ut de his nō sensu corporis iudicemus. Habemus. n. aliū interioris hoīs sensū isto onge prestātorē: quo iusta et iniusta sentimus: iusta per intelligibilem speciem: iniusta sentimus p̄ eius priuationem. Ad huius sensus officium non acies pupille: nō foramē auricule: non spiramenta nariū: n̄ gustus faucium: non ullus corpore⁹ tactus accedit. Ibi me et esse: et hoc nosse certus sum: et hoc amo: atq; amā me similiter certus sum.

An et ipsum amorem quo et esse et scire diligere debeamus: quo magis diuine trinitatis imagini propinquamus. cap. xxviii.

f Ed de duobus illis essentia. s. et noticia: quantum amentur in nobis: et quemadmodum et in ceteris rebus que infra sunt: eorum recipiat et si differens quodam tamen similitudo: quantum suscepti huius operis ratio uisa est postulare: satis diximus. De amore autem quo amant: utrum et ipse amor amet: non dictum est. Amat autem: et hinc probamus: quod in hominibus qui rectius amant: ipse magis amet. Neque enim uir bonus merito dicitur qui scit quod bonum est: sed qui diligit. Cur ergo et in nobis ipsis non et ipsum amorem nos amat sentimus: quomodo amamus quicquid boni amamus? Est enim et amor quo amat: et quod amandus non est. Et istum amorem odit in se: qui illum diligit quo id amat quod amandum est. Possunt enim ambo esse in uno homine: et hoc bonum est homini ut illo proficiente quo bene uiuimus: iste deficiat quomodo male uiuimus: donec ad perfectum sanetur: et in bonum commutetur omne quod uiuimus. Si enim pecora eorum: carnalem uitam et quod secundum sensum eiusdem est amaremus: idque esset sufficiens bonum nostrum: et in hoc casu esset nobis bene: nihil aliud queremus. Item si arbores essemus: nihil quidem sentiente motu amare possemus: uerum tamen id quasi appetere uideremur quo feracius essemus: uberiusque fructuose. Si essemus lapides: aut fluctus: aut uentus: aut flamma uel quid eiusmodi: sine ullo quidem sensu atque uita: non tamen nobis deesset quasi quidam nostrorum locorum atque ordinis appetitus. Nam uelut amores corporum momenta sunt ponderum: siue deorsum grauitate: siue sursum leuitate nitantur: ita. n. corpus ponderis: sicut antus amore fert: quocumque fert. Quam igitur

hoies sumus ad nostri creatoris imaginem creati: cuius est uera eternitas: eterna ueritas: eterna et uera caritas: eorum ipse eterna et uera trinitas: neque confusa neque separata. in his quidem rebus que infra nos sunt: quam et ipsa nec aliquo modo eent nec aliqua specie continerentur: nec aliquid ordinem uel appetent uel tenerent: nisi ab illo facta essent qui summe est: qui summe bonus est: tanquam per omnia que fecit mirabili stabilitate currentes: quasi quidam eius alibi magis alibi minus impressa uestigia colligamus: in nobis autem ipsis eius imaginem contuentes: tanquam minor ille euangelicus filius ad nosmetipsos reuersi surgamus: et ad illum redeamus a quo peccando recesseramus. Ibi enim non habet motum: ibi nosse non habet errorem: ibi amat non strum: non habet offensam. Nunc autem ista tria nostra quamuis certa teneamus: nec alijs ea credamus testibus: sed nos ipsi presentia sentiamus: atque interiorum ueracissimo cernamus aspectu: tamen quantum diu futura: uel utrum nunquam defutura: et quo si male: quo autem si bene agant peruentura sint: quam per nos ipsos nosse non possumus: alios hinc testes uel querimus uel habemus: de quorum fide cur nulla debeat esse dubitatio: non est iste sed posterior erit diligentis differendi locus. In hoc autem libro de ciuitate dei que non peregrinat in huius uite mortalitate: sed immortalis semper in celo est. de angelis sanctis deo coherentibus: qui nec fuerunt unquam nec futuri sunt desertores: inter quos et illos qui eternam lucem deferentes tenebre facti sunt: deum primitus diuisisse iam diximus: illo adiuuante quo et cepimus ut possumus explicemus.

De sanctorum angelorum scientia: qua trinitatem in ipsa eius deitate no uerunt: qua operum causas prius

in operante arte q̄ in ipsis operibus
artificis intuentur. cap. xxix.

i Lli q̄ppe ágeli sancti ñ per v̄ba
sonantia deũ discunt: s̄ p̄ ip̄am
p̄ntiam immutabilis ueritatis: hoc est
v̄bum eius unigenitum. Et ipsum uer
bum ⁊ patrem ⁊ eorum sp̄m sanctuz:
eãq̄ esse inseparabilem trinitatem: sin
gulasq̄ in ea personas unã esse sb̄am:
⁊ tamen omnes non tres deos esse: s̄
unum deum ita nouerunt: ut eis ma
gis ista sit nota q̄ nos ipsi nobis cogni
ri sumus: ipsam quoq̄ creaturam me
lius ibi: hoc est in sapientia dei tanq̄ i
arte qua facta ē: q̄ in ea ipsa sciũt: ac
p̄ hoc ⁊ seip̄os ibi melius q̄ in seip̄is:
uerunt ñ ⁊ in seip̄is. facti sunt. n. ⁊ ali
ud sunt q̄ ille qui fecit. Ibi ergo tanq̄
i cognitione diurna: in seip̄is aut̄ tanq̄
in uesp̄ria: sicut supra iã diximus. Mul
tum autem differt utrum in ea r̄oe co
gnoscat̄ur aliquid secundũ quam fac
tum ē: an in seip̄o: sicut aliter scit̄ recti
tudo lineaz seu ueritas figuraz cum
intellecta conspicit̄: alit̄ cũ i puluẽ scri
bitur: ⁊ aliter iustitia describit̄ i uitate
icõmutabili: aliter in aia iusti sic deide
ceta: sicut firmam̄tum inter aquas su
periores ⁊ inferiores: quod celum uo
catum est: sicut deorsum aquaz cõge
ries terreq̄ nudatio ⁊ herbarum isti
tutio atq̄ lignoz: sicut solis ac lune
stellazq̄ conditio: sicut ex aquis aiali
um uolucrum. s. atq̄ piscium beluarũ
q̄ natantium: sicut quozũcũq̄ i terra
gradientium atq̄ repentium: ⁊ ip̄ius
homínis qui cunctis in terra rebus ex
celleret. Omnia hec aliter in uerbo ñ
cognoscuntur ab angelis: ubi habent
cãas rationefq̄ suas. i. secundum quas
facta sunt incommutabiliter permanẽ
tes: aliter i seip̄is: illic clarior: hic ob
scurore cognitione: uelut artis atq̄ o
perum. Que tamen opera cum ad ip
sius creatoris laudem ùenerationeq̄

referuntur: tanquam mane læcescit in
m̄ibus contẽplantũ.

De senarij numeri perfectione: qui
partium suarum quantitate complet̄.
cap. xxx.

b Ec autez propter senarij nume
ri perfectione eodem die sexies
repetito sex diebus perfecta narrant̄.
non quia deo necessaria fuerit mora
temporum: quasi qui non potuerit cre
are omnia simul: que deinceps cõgru
is motibus peragerent tempora: sed
quia per senarium numerum est ope
rum signata perfectio. Numerus quip
pe senarius primus completur suis p
tibus. i. sexta sui parte ⁊ tertia ⁊ dimi
dia: que sunt unum ⁊ duo ⁊ tria: que
in summam ducta sex fiunt. Partes
autem in hac consideratione numero
rum ille intelligende sunt que quote
sint dici p̄t: sicut dimidia: t̄tia: quar
ta: ⁊ deiceps ab aliquo numero deno
minate. Neq̄ enim exempligratia: q̄a
in nouenario numero quatuor pars
aliqua eius est: ideo dici potest quota
eius sit: unum autem potest: nã nona
eius est: ⁊ tria potest: naz tertia ē eius.
Coniuncte uero iste due partes eius:
nona. s. atq̄ tertia: id est unũ ⁊ tria: lõ
ge sunt a tota summa eius: quod ē no
uem. Itẽq̄ in denario quaternarius ē
aliqua pars eius: sed quota sit dici nõ
potest. unum autem potest: nam decia
pars eius est. Habet ⁊ quintam q̄ sũt
duo: habet dimidiam que sunt q̄noz.
Sed he tres partes eius: decima ⁊ q̄n
ta ⁊ dimidia: id est unum ⁊ duo ⁊ q̄n
q̄ simul ducte non complent decem:
sunt enim octo. Duodenarij uero par
tes numeri in summam ducte: transe
unt eum. Habet enim duodecimã q̄b
est unum: habet sextaz que duo sunt:
habet quartam que sunt tria: ha
bet tertiam que sunt quatuor: habet

7 dimidiam que sunt sex: unum aut 7 duo 7 tria 7 quatuor 7 sex non duodecim sed amplius: id est sexdecim sunt. Hoc breuiter commemorandi putauit: ad commendandam senarij numeri perfectionem: qui primus ut dixi partibus suis in summas redactis ipse perficit: in quo perfecit deus opera sua. Unde ratio numeri contemnenda non est: que in multis sanctarum scripturarum locis quod magni estimanda sit elucet diligenter intuentibus. Nec frustra in laudibus dei dictum est: omnia in mensura 7 numero 7 pondere disposuisti.

De die septimo in quo plenitudo 7 requies commendatur. cap. xxxi.

In septimo aut die. i. eodem die septies repetito: qui numerus etiam ipse alia ratione perfectus est: dei requies commendatur: in qua primum sanctificatio sonat. Ita deus uoluit istum diem in illis suis operibus sanctificare: sed in requie sua que non habet uespam. Neque enim ulla creatura est: ut etiam ipsa aliter in dei uerbo: aliter in se cognita faciat aliam uelut diurnam: aliam uelut uespertinam noticiam. De septenarij periodo numeri perfectione dici quidem plura possunt: sed liber iste iam perlixus est: 7 uereor: ne occasione compta scientiolam nostram leuiter magis quam utiliter iactare uelle uideamur: hinc est itaque ratio moderatio nis atque grauitatis: ne forte cum de numero multum loquamur: mensura 7 pondus negligenter iudicemur. Hoc itaque satis sit admonere: quod totus ipse primus numerus ternarius est: totus par quaternarius: ex quibus duobus septenarius constat. Ideo per uniuerso sepe ponitur: sicuti est septies cadet iustus 7 resurget. i. quousque ceciderit non peribit. Quod non de iniquitatibus sed de tribulationibus ad humilitatem perducuntur intelligi uoluit. Et septies in die laudabo te. quod

alibi alio modo dictum est: semper laus eius in ore meo. Et multa huiusmodi in diuisiis auctibus reperiuntur: in quibus septenarius numerus ut dixi pro cuiusque rei uniuersitate poni solet. Propter hoc eodem septenmero signatur spiritus sanctus de quo dominus ait. Docebit uos omnem ueritatem. Ibi requies dei quare quiescit in deo. In toto quippe id est plena perfectione requies: in parte autem labor. Ideo laboramus quod diu ex parte scimus: sed cum uenerit quod perfectum est: quod ex parte est euacuabitur. Hic est quod etiam scripturas istas cum labore rimamur. sancti uero angeli quorum societati 7 congregationi in hac peregrinatione laboriosissima suspiramus: sicut habent permanendi eternitatem: ita cognoscendi facilitatem: 7 descendendi felicitatem. Sic difficultate quippe nos adiuuat: quoniam spiritualibus motibus puris 7 liberis non laborant.

De opinione eorum: quod angelorum creationem anteriorer uoluit esse quam mundi. cap. xxxii.

Non quis autem contemdat 7 dicat: non sanctos angelos esse signatos in eo quod scriptum est: fiat lux 7 facta est lux: sed qualis lucem tunc primum factam esse corpoream aut opinetur aut doceat. angelos autem prius esse factos: non tantum ante firmamentum quod inter aquas 7 aquas factum appellatum est celum: sed ante illud quod dictum est: in principio fecit deus celum 7 terram: atque illud quod dictum est in principio: non ita dictum tanquam primum hoc factum sit: cum ante fecerit angelos: sed quod omnia in sapientia fecit: quod est uerbum eius: 7 ipsius scriptura principium nominauit: sicut ipse in euangelio iudeis querentibus: quis esset: respondit se esse principium: non e contrario referam contentionem: maxime quia hoc me delectat plurimum: quod etiam in

summo exordio sancti libri genesios trinitas comendatur: Cum enim ita de in principio fecit deus celum et terram atque pater intelligat fecisse in filio: sic attestatur psalmus ubi legitur quod magnificata sunt opera tua domine: omnia in sapientia fecisti: convenientissime paulo commemorat et spiritus sanctus. Cum enim dominum esse qualem terram deus permitte fecerit: ut quam molem materiam ue future constructionis mundi celi et terre nomine nuncupauerit: subiiciendo et addendo: terra autem erat inuisibilis et composita: et tenebre erant super abyssum mox ut trinitatis commemoratio completeretur: et spiritus inquit dei superferabat super aquas. Proinde ut uolet unusquisque accipiat abhorrentes: quod ita profundum est: ut ad exercitationem legentium a fidei regula non aberrantes: plures possit generare sententias: dum tamen angelos sanctos in sublimibus celi sedibus non quidem deo ceteros: sed tamen de sua sempiterna et uera felicitate securos et certos esse nemo ambigat. Ad quorum societatem pertinere paruulos suos dominus docens. non solum illis ait. erunt equales angelis dei: uerum ipsi quoque angeli qua contemplatione fruuntur ostendit ubi ait. uidete ne preternatis unum ex his pusillis. Dico enim uobis: quia angeli eorum in celis semper uident faciem patris mei: qui in celis est.

De duabus angelorum societatibus diuersis atque disparibus que non incongrue intelliguntur lucis et tenebrarum nominibus nuncupate. c. xxxij.

P Ecce autem quosdam angelos: et in huius mundi ima detrusos: qui eis uelut carcer est usque ad futuram in die iudicii ultimam damnationem: apostolus petrus apertissime ostendit dicens quod deus angelis peccantibus non peccat: sed carceribus caliginis inferni de-

trudens in iudicio puniendos tradiderit seruari. Inter hos ergo et illos deum uel prescientia l'ope diuifisse quis dubitet? Illosque lucem merito appellari quos contradicat? Quoniam quidem nos adhuc in fide uiuentes: et eorum equalitatem ad huc sperantes utique nondum tenentes: iam lux dicti ab apostolo sumus? Fuistis enim inquit aliquando tenebre: nunc autem lux in domino. Istos uero delectores tenebras apertissime nuncupari: profecto aduertunt quod peiores esse eos hominibus infidelibus: siue intelligunt siue credunt. Quapropter et si alia lux in isto huius libri loco intelligenda est: ubi legitur dixit deus si autem lux: et alie tenebre signate sunt in eo quod scriptum est: diuisit deus in lucem et tenebras: nos tamen istas duas angelicas societates unam fruente deo: alteram tumentem superbie typo: una cui deum adorare eum omnes angeli et alia cui princeps dicit hec omnia tibi dabo si prostratus adoraueris me: unam dei sancto amore flagrantem: alteram proprie celsitudinis immundo amore fumantem: et quam sicut scriptum est deus superbis resistit: humilibus autem dat gratiam. Illam in celis celorum habitantem: istam inde delectam in hoc in fimo aereo celo tumultuantem. Illam illuminosa pietate tranquillam: istam tenebrosi cupiditatibus turbulentam: Illam dei nutu clementer subuenientem: iuste ulciscentem: istam suo fastu dominandi et non cedi libidine exestuante. Illam ut quam tamen uult consulat dei bonitatis ministram: istam ne quam uult noceat dei potestate frenatam. Illam huic illudentem ut non les proferat persecutionibus suis: hac illi uiudentem cum peregrinos colligit suos. Nos ergo has duas societates angelicas inter se dispares atque contrarias: unam et natura bonam et uoluntate rectam: aliam uero natura bonam sed uoluntate peruersam alijs manifestioribus diuinarum scripturarum testimonij declaratas quod etiam in hoc

libro cui nomen est genesis lucis tenebrarūq; uocabulis signatas existima uimus: et si aliud sensit hoc loco forte q̄ scripsit: non est inutiliter obscuritas hui⁹ ptractata s̄nt: quia ⁊ si uoluntatem auctoris libri huius idagare neq; uimus: a regula tñ fidei que per alias eiusdem auctis sacras litteras satis si delibus nota ē: non aberrauimus. Et si. n. corporalia hec cōmemorata sunt opera dei: hñt proculdubio nō nullaz silitudinem spualium: s̄m quod dicit apostolus. Omnes eim uos filij lucis estis ⁊ filij diei: non sumus noctis neq; tenebrarum. Si autē hoc sensit etiā ille qui scripsit ad pfectionem disputationis sinē nostra peruēit intentio. ut homo dei tā eximie diuineq; sapientie: immo per eū spūs dei in cōmemorandis operib⁹ dei que oīa sexto die dicit esse perfecta: nullo mō angelos premississe credat: siue in principio. q; primo fecit: siue q̄b cōuenienti⁹ intellectū: in principio q; in uerbo unigenito fecit: scriptum sit: in principio fecit de⁹ celum ⁊ terrā. q̄b⁹ nominibus uniuersalis est signata creatura: uel spual⁹ ⁊ corporalis q̄b ē credibilis: uel magne due mundi ptes: quib⁹ omnia q̄ creata sunt p̄tinent: ut p̄mit⁹ eaz totā pponeret: ac deinde partes ei⁹ secunduz mysticū dierū numez exequeret.

De eo q; q̄daz putāt in p̄ditione firmamenti aquarū discretarū nomine angelos signatos ⁊ q; q̄dam aquas existimant non creatas. c. xxxiiij.

q̄ **U**anquaz nonnulli putauerūt aquarum noie signatos quodā mō populos angelorū: ⁊ hoc esse q̄b dictum ē. fiat firmamentū iter aquaz ⁊ aquam: ut supra firmamētū angeli intelligāt: infra uero l' aque iste uisibiles: uel malozūz angeloz multitudō uel oīum hominū gētes. Quod si ita

ē: non illic apparet ubi facti sunt angeli: s; ubi discreti. Quauis ⁊ aquas quod peruersissime atq; impie uanitatis ē negent q̄dem factas a deo: qm̄ nusq; scriptum ē: dixit deus fiant aq;. Quod p̄t simili uanitate et de terra dicere. Nusquā eniz legit. Dixit deus fiat terra. Sed inquit: scriptuz est: in principio fecit deus celum ⁊ terraz illic ergo ⁊ aqua intelligenda ē. Uno enim noie utrunq; comprehensuz ē. Nam ipsius est mare sicut in psalmo legitur: ⁊ ipse fecit illud: ⁊ aridam manus eius fixerūt. Sed hi qui in noie aquarum que super celos sunt: angelos intelligi uolunt: ponderibus elementozum mouentur: ⁊ ideo non putant aquarū fluidam grauēq; naturam in superioribus mundi locis potuisse cōstitui. Qui secundum rationes suas si ipsi hominem facere potuissent: nō ei pituitam quod grece phlegma dicitur: ⁊ tanquam in elementis corporis nostri aquarum uicem obrinet: in capite ponerent. Ibi enim sedes est phlegmatis: secundum dei opus utiq; apertissime: secundum istorum autem coniecturam tam absurde: ut si hoc nesciremus: ⁊ in hoc libro similiter scriptum esset: q; deus humorem fluidum ⁊ frigidum ac per hoc grauem: in superiore omnibus ceteris humani corporis parte posuerit: isti tracinatores elementozum nequaquam crederent. Et si auctoritati eiusdem scripture subditi essent: aliquid aliud ex hoc intelligenduz esse censerent: Sed quoniam si diligenter singula scrutemur atq; tractemus: que in illo diuino libro de constitutione mundi scripta sunt: ⁊ multa dicenda: ⁊ a proposito instituti operis longe digrediendum est: tanq; de duabus istis diuersis inter se atq; contrarijs societatibus angelozum: in quibus sunt quedam exordia duarum etiam i rebus hūanis

ciuitatum: de quibus deinceps dicere institui. quantum satis esse uisum est disputauimus. hunc quoq; librum a liquando claudamus.

Aurelij augustini de ciuitate dei liber duodecim^o.

De una bonoz; angeloz; natura .c. primum.

IN EQUAZ; de institutione hominis dicaz; ubi duarum ciuitatum quantum ad rationaliu; mortalium que gen^o attinet: apperbit exortus: sicut superiore libro apparuisse in angelis iam uidet: pri^o mihi quodam de ipsis angelis uideo esse dicenda: quibus demonstretur quantum a nobis potest: quam non inconueniens neque incongrua dicatur esse hominibus angelisque societas: ut non quatuor: due scilicet angelorum totidemque hominum sed due potius ciuitates hoc est societates merito esse dicantur: una in bonis altera in malis non solum angelis uerum etiam in hominibus constitute. Angelorum bonorum et malorum inter se contrarios appetitus: non naturalibus principijsque diuersis: cum deus deum substantiarum bonus auctor et conditor utrosque creauerit: sed uoluntatibus et cupiditatibus extitisse dubitandum non est. dum alij constantes in communi omnibus bono quod ipse illis deus est: atque in eius eternitate: ueritate caritate persistunt. Alij sua potestate potius delectati: uelut suum bonum sibi ipsi essent: a superiore communi omnium beatifico bono ad propria defluerunt: et habentes elationis fastum

pro excellentissima eternitate: uanitate astutiam pro certissima ueritate: studia partium pro indiuidua caritate: superbi fallaces inuidi effecti sunt. Beatitudinis igitur illorum causa est adherere deo. quo circa istorum miserie causa ex contrario est intelligenda: quod est non adherere deo. Quam obrem si cum queritur quare illi beati sint: recte respondetur: quia adherent deo. Et cum queritur: cur isti sunt miseri: recte respondetur: quia non adherent deo. Non est creature rationalis uel intellectualis bonum quo beata sit: nisi deus. Ita quauis non omnis beata possit esse creatura: neque enim hoc munus adicipiuntur: aut capiunt fere: ligna: saxa: et siquid huiusmodi est: ea tamen que potest: non ex seipsa potest: quia ex nihilo creata est: sed ex illo a quo creata est. Hoc enim adeptio beata est: quo a misero misera est. Ille uero qui non alio sed seipso beatus est: ideo miser non potest esse: quia non se potest amittere. Dicimus itaque immutabile bonum non esse: nisi unum uerum deum beatum: ea uero que fecit bona quidem esse quod ab illo: uerum tamen mutabilia: quod non de illo sed de nihilo facta sunt. Quanquam ergo summa non sine quibus est deus maius bonum: magna sunt tamen ea mutabilia bona: que adherere possunt: ut beata sint immutabili bono: quod usque adeo bonum est eorum: ut sine illo misera necesse esse sit. Nec ideo cetera in hac creature uniuersitate meliora sunt: quia misera esse non possunt: neque enim membra cetera corporis nostri ideo dicendum est oculis esse meliora: quia ceca esse non possunt. Sicut autem melior est natura sentiens et cum dolet: quam lapis qui dolere nullo modo potest: ita rationalis natura prestantior est etiam misera: quam illa que rationis uel sensus est expertis: et ideo in eam non

cadit miseria. Quod cum ita sit: huic nature que in tanta excellentia creata est: ut licet sit ipsa mutabilis: inherendo tamen incommutabili bono id est summo deo beatitudinem consequatur: nec expleat indigentiam suam: nisi utique beata sit: eique explende non sufficiat nisi deus: profecto non illic adherere uitium est: omne autem uitium nature nocet: ac per hoc contra naturam est. Ab illa igitur que adheret deo: non natura differt ista: sed uitio: quo tamen uitio etiam ualde magna multumque laudabilis ostenditur ipsa natura. Luius enim recte uituperatum uitium: proculdubio natura laudatum. Nam recta uitium uituperatio est: quod illo debonestatur natura laudabilis. Sicut ergo cum uitium oculorum dicitur cecitas: id ostenditur quod ad naturam oculorum pertinet usus: et cum uitium aurium dicitur surditas: ad earum naturam pertinere demonstratur auditus. Ita cum uitium creature angelice dicitur: quod non adheret deo hinc apertissime declaratur eius nature: ut deo adhereat conuenire. Quare porro magna sit laus adherere deo: ut ei uiuat: inde sapiat: illo gaudeat: tantoque bono sine morte: sine errore: sine molestia perfruatur: quis cogitare digne possit aut eloqui? Qua propter etiam uitio malorum angelorum quo non adherent deo: quoniam omne uitium nature nocet: satis manifestatur deum tam bonam eorum creaturam: cui noxium sit non esse cum deo.

Nullam essentiam deo esse contrariam: quia ab eo qui summe est et semper est: hoc totum uidetur diuersum esse quod non est. c. ij.

b Ec dicta sunt ne quisquam cum de angelis apostaticis loquamur:

existet eos aliam ex alio principio habere potuisse naturam: nec eorum nature auctorem deum. Cuius erroris impietate tanto quisque carebit expeditius et facilius: quanto perspicacius intelligere potuerit: quod per angelorum dixit deus quando moysen mittebat ad filios israel: ego sum qui sum. Luz .n. deus summa essentia sit: hoc est summe sit: et ideo immutabilis sit: rebus quas ex nihilo creauit: esse dedit: sed non summe esse: sicut ipse est: et alius dedit esse amplius alius minus: atque ita naturas essentiarum ordinauit. Sicut enim ab eo quod est sapere uocatur: sapientia: sic ab eo quod est esse uocatur: essentia. nouo quidem nomine quo uel si ueteres non sunt latini sermone auctores: sed iam nostris temporibus usitato: ne deesset etiam lingue nostre quod greci appellant usiam. Hoc enim uerbum e uerbo expressum est ut diceretur essentia. Ac per hoc ei nature que summe est: qua faciente sunt quocumque sunt: contraria natura non est: nisi que non est. Et quippe quod est non esse contrarium est. Et propterea deo: id est summe essentie et auctori omnium qualiumcumque essentiarum: essentia nulla contraria est.

De inimicis dei non per naturam sed per contrariam uoluntatem: que cum ipsis nocet bone utique nature nocet: quia uitium si non nocet non est. c. iij.

d Incuntur autem in scripturis inimici dei: qui non natura sed uitium aduersantur eius imperio: nihil ei ualentes nocere sed sibi. Inimici eorum sunt resistendi uoluntate: non potestate ledendi. Deus namque mutabilis est et omni modo incorruptibilis. Idcirco uitium quo resistunt deo: qui eius appellantur inimici: non est deo sed ipsis malum: neque hoc ob aliud nisi

quia corrumpit in eis nature bonum
 Natura igitur contraria non est deo
 sed vitium: quia quod malum est: con-
 trarium est bono. Quis autem neget
 deum summe bonum? Vitium ergo
 contrarium est deo: tanquam malum bo-
 no. Porro autem bonum est: et natu-
 ra quam vitiat: vnde et huic bono uti-
 que contrarium est. Sed deo tantum
 modo tanquam bono malum: nature ve-
 ro quam vitiat non tantum malum:
 sed etiam noxium. Nulla quippe ma-
 la noxia: sed mutabilibus corruptibi-
 libusque naturis: bonis tamen ipsorum
 quoque testimonio vitiorum. Si enim
 bone non essent: eis vitia nocere non
 possent. Nam quid eis nocendo faci-
 unt nisi adimunt integritatem: pulchri-
 tudinem: salutem: virtutem: et quicquid
 boni nature per vitium detrahunt siue
 minui consuevit? Quod si omnino de-
 sit nihil boni adimendo non nocet. Ac
 per hoc nec vitium est. Nam esse viti-
 um: et non nocere non potest: vnde col-
 ligitur quamuis non possit vitium no-
 cere incommutabili bono: non tamen
 posse nocere nisi bono: quia non in-
 nisi ubi nocet. Hoc etiam isto modo
 dici potest: vitium esse nec in summo
 posse bono: nec nisi in aliquo bono.
 Sola ergo bona alicubi esse possunt:
 sola mala nusquam: quoniam nature etiam
 ille que ex male voluntatis vitio viti-
 ate sunt: in quantum vitiate sunt: ma-
 le sunt: in quantum autem nature sunt
 bone sunt. Et cum in penis est natura
 vitiosa. excepto eo quod natura est: etiam
 hoc ibi bonum est: quod impunita non est
 Hoc enim est iustum: et omne iustum
 proculdubio bonum. Non enim quis-
 que de vitis naturalibus: sed de volun-
 tariis penas luit. Nam etiam quod vitium
 consuetudine nimio ve progressu ro-
 boratum velut naturaliter inoleuit a
 voluntate sumpsit exordium: De viti-
 is quippe nunc loquimur: eius natu-

cui mens inest capax intelligibilis lu-
 cis qua discernitur iustum ab iniusto.

De natura irrationalium: aut vita
 carentium: que in suo genere atque or-
 dine ab vniuersitatis decore non dis-
 crepat. c. iij.

c Eterum vitia pecorum et arbo-
 rum: aliarumque rerum mutabili-
 um atque mortalium: vel intellectu vel
 sensu vel vita omnino carentium: qui-
 bus eorum dissolubilis natura corrum-
 pitur: damnabilia putare ridiculum est:
 cum iste creature eum modum nutu
 creatoris acceperint: ut cedendo ac suc-
 cedendo peragant: infamam pulchri-
 tudinem temporum in genere suo istius
 mundi partibus congruentem. Neque
 enim celestibus fuerant terrena coe-
 quanda: aut ideo vniuersitati deesse
 ista debuerunt: quoniam sunt illa me-
 liora. Cum ergo in his locis ubi esse
 talia competebat: alijs alia deficienti-
 bus oriuntur: et succumbunt minoribus
 maioribus: et in qualitates superanti-
 um superata vertuntur: rerum est or-
 do transeuntium. Cuius ordinis decus
 nos propterea non delectat: quoniam
 parti eius pro conditione nostre mor-
 talitatis in textu vniuersum cui parti-
 cule que nos offendunt satis apte de-
 centerque conueniunt: sentire non pos-
 sumus. Unde nobis in quibus eam pro-
 templari: minus idonei sumus: rectius
 sime credenda precipitur providentia
 conditoris: ne tanti artificis opus in
 aliquo reprehendere vanitate huma-
 ne temeritatis audeamus. Quamquam
 et vitia rerum terrenarum non volun-
 taria neque penalia: naturas ipsas qua-
 rum nulla omnino est cuius non sit
 auctor et conditor deus: si prudenter
 attendamus: eadem ratione comen-
 dant: quia et in eis hoc nobis per viti-
 um tolli displicet: quod in natura pla-

cer: nisi quia hominibus etiam ipse nature plerumque displicet: cum eis sunt noxie. non eas considerantibus sed utilitatem suam sicut illa animalia quorum abundantia egyptiorum superbia uapulauit. Sed isto modo possunt ipsi et solem uituperare: quoniam quidam peccantes vel debita non reddentes poni a iudicibus iubentur ad solē: Non itaque ex commodo l'incōmodo nostro: sed per seipsa cōsiderata natura: dat artifici suo gloriam. Sic est et natura ignis eterni sine ulla dubitatione laudabilis: quous dānatis ipsius futura penalī. Quid .n. est igne flā mante uigēte atque lucente pulchrius? Quid calefaciente: curante: coquēte utilius: quāuis eo nihil sit urēte molestius? Idē igitur ipse penalī appositus punitiosus est: quod cōuenienter adhibitus commodissimus iuenitur. Nam eius in uniuerso mundo utilitates uerbis explicare quis possit? Nec audiendū sunt qui laudant in igne lucē: ardoreque autem uituperant uidelicet non ex sui natura: sed ex suo cōmodo l'icōmodo. Uiderē enim uolūt: ardere nolūt. Sed parum attendūt: eā ipsam lucem que certe et illis placet: oculis infirmis per inconuenientiam nocere: et in illo ardore qui eis displicet: nonnulla aīalia per inconuenientiam salubriter uiuē.

Quin omni natura specie ac modo laudabilis sit creator. c. v.

n Nature igitur omnes quoniam sunt: et ideo habent modum suum: specie suā: et quandam secū pacem suā: pfecto bone sunt: Et cū ibi sunt ubi esse per nature ordinem debent: quātum acceperūt suum esse custodiunt: et quod semper esse non acceperunt: p usu casu motuque reque quibus creatoris legi s'bdūtur: in melius deficiunt mutantur: in eum diuina puidencia

tendentes exitum: quē ratio gubernā de uniuersitatis includit: ita ut hec tāta corruptio quanta usque ad interitū naturas mutabiles mortalesque perducit: sic faciat non esse quod erat: ut nō inde fiat consequenter quod esse debet. Que cum ita sint: deus qui summe est: atque ob hoc ab illo facta est omnis essentia: que non summe est: quia neque illi equalis esse deberet que de nihilo facta esset: neque ullo modo esse posset: si ab illo facta nō esset: nec ullorum uitiorum offensione uituperandus: sed omnium naturarum cōsideratione laudandus est.

Que causa sit beatitudinis angelorum bonorum: et que causa sit miserie angelorum malorum. c. vi.

p Rōinde causa beatitudinis angelorum bonorum ea uerissima reperitur: quod ei adherent qui summe ē. Cum uero causa miserie malorum angelorum queritur: ea merito occurrit: quod ab illo qui summe est auersi ad seipsos conuersi sunt: qui non summe sunt: et hoc uitium quid aliud quam superbia nūcupat? Initiū quippe omnis peccati supbia. Noluerunt ergo ad illud custodire fortitudinem suam: et qui magis essent: si ei qui summe est adhererent: se illi preferendo id quod minus est pretulerūt. Hic primus defectus et prima inopia: primūque uitium eius nature quod ita creata est: ut nec summe esset: et tamen ad beatitudinem habendam eo qui summe est frui posset: a quo auersa. non quidem nulla sed tamen minus esset: atque ob hoc misera fieret. Huius porro male uoluntatis causa efficiens si queratur nihil iuēit. Quid est enim quod facit uoluntatem malā cū ipsa faciat opus malū? Ac per hoc mala uoluntas efficiēs est operis malū: male autem uoluntatis efficiēs

nihil est. Quoniam si res aliqua est: aut h3 aut non habet aliquam voluntatē. Si h3: aut bonā profecto h3 aut malam. Si bonam: quis ita desipiat: vt dicat: q̄ bona voluntas faciat voluntatem malam? Erit enim si ita est bōa voluntas cā peccat: quo absurdius putari nihil potest. Si autē res ista que putatur facē voluntatem malā: ipsa quoq̄ habet voluntatem malā: etiā eam que fecerit: res consequenter inē rogo: Atq̄ vt sit aliquis iqrēdi mod⁹ causam prime voluntatis male inquit ro. Non est enim prima voluntas mala: quam nulla facit voluntas ēt mala: sed illa prima est quam nulla facit. Nam si precessit a qua fieret: illa priō est que alteram fecit. Si respondeatū q̄ eam nulla res fecerit: 7 ideo semper fuerit: quero utrum in aliqua natura fuerit. Si enim i nulla fuit: omnino n̄ fuit. Si autem in aliqua: vitia bat eaz 7 corrumpēbat: eratq̄ illi noxia: ac p hoc bono prūabat. Et ideo in mala natura voluntas mala esse non poterat: s3 in bono mutabili tamen cui vitium hoc posset nocere. Si. n. non nocuit: nō vtq̄ vitium fuit: ac p hoc nec voluntas mala fuisse dicenda ē. Pō ro si nocuit: bonum auferēdo l̄ minūendo: vtq̄ nocuit. Non igitur esse potuit sēpiterna voluntas mala. in ea re: i qua bonum naturale b̄cesserat: quod mala voluntas nocendo possit adimere. Si ergo non erat sēpiterna: quis ē az fecerit quero. Restat vt dicat: q̄ ea res fecerit malā voluntatez: in qua nulla voluntas fuit. Hec vtrum superior sit requiro: an inferior: an equalis. S3 si superior: vtq̄ melior. Quomodo ergo nullius: ac non potius bone voluntatis? Hoc idem pfecto 7 equalis si fuerit: dici potest. Duo quippe q̄ diu sūt pariter voluntatis bone: non facit alter in altero uoluntatem malam. Relinquitur vt inferior: res cui nulla vo-

luntas est: fecerit angelice nature pria peccauit voluntatem malam: Sed etiam res ipsa quecunq̄ est inferior usq̄ ad infimam terram: quoniam natura 7 essentia est: proculdubio bona est: habens modum et speciem suam in genere atq̄ ordine suo. Quomodo ergo res bona efficiens est voluntatis. male. Quomodo in quā bonuz est cā mali? Lum enim se voluntas relicto superiore ad inferiora conuertit: efficiuntur mala. Non quia maluz est quo se cōuertit: sed quia puerisa est ipsa puerisio: Idcirco nō res inferior uolūtatez malam fecit: sed quia rē inferiorē prauē atq̄ inordinate ipsa que facta est appetiuit. Si enim aliqui duo equalit̄ affecti in animo 7 corpore: uideant unius corporis pulchritudinez: qua uisa vnus eorum ad illicite fruendum moueatur: alter in voluntate pudica stabilis perseueret: quid putamus esse cause vt in illo fiat: in illo non fiat voluntas mala: quam illa res fecit i qua facta est? Neq̄ enim pulchritudo illa corporis eam non fecit in ambobus: quando quidem ambozum non dispiliter occurrit aspectibus. An caro itū ētis i cā est? Luz non 7 illius? An vero 7 animus? Luz non vtriusq̄? Ambos enim 7 animo 7 corpore equaliter affectos fuisse predixim⁹. An dicenduz est alterum eorum occulta maligni spiritus suggestionē temptatum: quasi non eidem suggestioni 7 qualicunq̄ suasioni propria voluntate p̄senserit? Hanc igitur consensionem: hanc malam quaz male suadenti adhibuit uoluntatem: que in eo res fecerit querim⁹. Nā vt hoc quoq̄ ipedimentum ab ista questione tollatur: si eadem tē tatione ambo tententur: 7 unus ei cedat atq̄ consentiat: alter vero idem q̄ fuerit perseueret: quid aliud apparet: nisi vnum voluisse alterum noluisse a castitate deficere? Unde nisi propria

voluntate: vbi eadem fuerat i vtroq;
 corporis 7 animi affectio: Amborum
 oculis pariter visa est eadem pulchri-
 tudo: abobus pariter istitit occulta te-
 ratio ppria igit in vno eorum volun-
 tatem mala que res fecerit scire volenti
 b^o si bene inueatur: nihil occurrit. Si
 .n. dixerimus: qd ipse ea fecerit: qd erat
 ipse ante voluntatem mala nisi natu-
 ra bona: cuius auctor bonus deus qd
 est incommutabile bonum: Qui ergo
 dicit eum qui consensit: tentanti atq;
 suadenti: cui non consensit alius ad il-
 licite vtendum pulchro corpore quod
 videnduz ambobus pariter affuit: cu
 ante illam uisionem ac tentationem
 similes ambo animo 7 copore fuerit:
 ipsum sibi fecisse voluntatem mala:
 qui vtrq; bonus ante voluntatem ma-
 lam fuerit: querat cur ea fecerit: vru
 quia natura est: an q; ex nihilo facta e:
 7 inueniet voluntatem malam non ex
 eo esse incipere quia natura est: sed ex
 eo qd de nihilo facta natura est. Nam
 si natura causa est voluntatis male:
 qd aliud cogimur dice: nisi a bono fie-
 ri malum: 7 bonu esse causam mali: si
 quidem a natura bona fiat voluntas
 mala: Qd vn fieri potest: vt natura
 bona quous mutabilis anteq; habeat
 voluntatem malam faciat aliquid ma-
 li: hoc est ipsam voluntatem malam:

Causam efficientem male volunta-
 tis non esse querendam. c. vij.

nemo igit querat efficientes cas
 male voluntatis. Non enim est
 efficiens. sed deficiens: quia nec illa ef-
 fectio sed defectio. Deficere namq; ab
 eo quod summe est ad id quod min^o
 est: hoc est incipere habere voluntatem
 malam. Causas poro defectionum is-
 taz cu efficientes no sunt: vt dixi: sed
 deficientes velle inuenire tale est: ac si
 quisq; uellet videre tenebras vel audi

re silentium. Quod tamen vtrunq;
 nobis notum est: neq; illud nisi per o-
 culos: neq; hoc nisi per aures: non sa-
 ne in specie sed in speciei priuatione.
 Nemo ergo ex me scire querat: quod
 me nescire scio: nisi forte vt nescire dis-
 car: quod sciri non posse sciendum e.
 Ea quippe que non in specie sed in
 eius priuatione sciuntur: si dicta aut in-
 telligi potest: quodammodo nesciendo
 sciuntur ac sciendo nesciantur. Lu. n.
 acies etiam oculi corporalis currit p
 species corporales: nusq; tenebras vi-
 det: nisi vbi ceperit non videre. Ita eti-
 am non ad alium aliquem sensum: s;
 ad solas aures pertinet sentire silenti-
 um: quod tamen nullo modo nisi no
 audiendo sentitur. Sic species intelli-
 gibiles mens quidem nostra intellige-
 do conspiciat: sed vbi deficiunt uescien-
 do condiscat. Delicta enim quis intel-
 ligit: hoc scio: naturam dei nunq; nus-
 q; nulla ex parte deficere: 7 ea posse o-
 ficere que ex nihilo facta sunt. Que
 tamen quanto magis sunt: 7 bona fa-
 ciunt: tunc enim aliquid faciunt cum
 causas habent efficientes. in quantum
 autem deficiunt: 7 ex hoc mala faciunt.
 quid enim tunc faciunt nisi uana: Lan-
 sas habent deficientes.

De amore pueris quo voluntas ab
 imutabili bono ad bonu mutabile de-
 fiat. c. viij.

i Tez scio in quo fit mala volun-
 tas id in eo fieri qd si nollet no
 fieret: 7 io non necessarios sed volunta-
 rios defectus iusta pena psequit. Defi-
 citur enim non ad mala s; male. i. no
 ad malas naturas: s; ideo male quia
 contra ordinem naturarum ab eo qd
 summe est ad id quod min^o est. Neq;
 enim auri vitium est auaritia vel cupi-
 ditas: sed hominis peruerse amatis
 auz iustitia derelicta: que incoperabi

lū auro debuit apponi. Nec luxuria ē vitium plēbroꝝ suauūqꝫ corporum sed aīe peruerse amantis cōporeas voluptates: neglecta tēperātia qua rebꝫ spūaliter pulchrioribus ⁊ incorruptibiliter suauioribus coaptamur. Nec iactantia vitium est laudis humāe: sꝫ aīe per v̄se amantis laudari ab hoībus spreto testimonio conscientie. Nec superbia vitium est dantis potestatem: vel etiam ipsius potestatis: sed anime peruerse amantis potestatem suam: potentioris iustitia contenta. Ac per qui peruerse amat cuiuslibet nature bonum: etiam si adipiscatur: ipse fit ī bono malus: ⁊ miser melioꝝe priuatꝫ.

An sancti angeli quem habent creatorem nature: eundē habeant bone voluntatis autorem per spiritum sanctum in eis caritate diffusa semper fuisse existimant. c. ix.

c Uꝫ ergo male volūtatis efficiēs naturalis: si si dici potest essētia: nulla sit cā: ab ipsa quippe incipit spirituum mutabilium maluz quo miuitur atqꝫ deprauat nature bonū: nec talē voluntatē facit: nisi defectio qua deseritur deus: cuius defectionis ē cā vtiqꝫ deficit: si dixerimus nullam esse efficientem causāz etiā voluntatis bone: cauenduz est ne voluntas bōa bonorum angelozum non facta sed deo coeterna esse credatur. Cum enim ipi facti sunt quomodo illa nō esse facta dicitur: Porro quia facta est: vtrum cum ipsis facta est: an sine illa fuerunt prius: Sed si cum ipsis: non dubium qꝫ ab illo facta sit a quo ⁊ ipsi: simlqꝫ ut facti sunt ei a quo facti sunt amore cum quo facti sūt adhererunt. Eoꝫ sunt isti ab illorum societate discreti: qꝫ illi in eadem bona volūtate manserunt: isti ab ea deficiendo mutati sūt mala scilz volūtate: hoc ipso qꝫ a bo

no defecerunt: a quo non defecissent: si vtiqꝫ noluisent. Si autem boni angeli fuerūt prius sine bona volūtate: eanqꝫ in seipsis deo non operante fecerunt: ergo melioꝝes a seipsis qꝫ ab illo facti sunt. Absit. Quid. n. erant sine bona volūtate nisi mali: Aut si propꝫ ea nō mali: qꝫ nec mala voluntas eis inerat: neqꝫ enim ab ea quam nondū ceperant habere defecerant: certe nondum tales: nondū tam boni qꝫ esse cū bona voluntate ceperunt. Aut si non potuerunt seipsos facere melioꝝes qꝫ eos ille fecerat: quo nemo melius quic qꝫ facit: profecto ⁊ bonam voluntatē qua melioꝝes essēt: nisi operante adiutorio creatoris habere non possēt. Et cum id egit eozum voluntas bona: vt non ad seipsos qui minus erāt: sed ad illum qui summe est conuerterēt eioꝫ adherentes magis essent: eiusqꝫ participatione sapienter beateqꝫ uiuerent: quid aliud ostenditur nisi voluntatez quanlibet bonam inopem fuisse in solo desiderio remāsura: nisi ille qui bonam naturam ex nihilo sui capacem fecerat: ex seipso faceret iplendo melioꝝē p̄us faciēs excitando auidozē: Nā ⁊ hoc discutiendū est: si boni angeli ipsi in se fecerunt uoluntatem bonāz: vtrum aliqua eam an nulla uoluntate fecerunt: si nulla: utiqꝫ nec fecerunt si aliqua: utruz mala an bōa. Si mala: quomodo potuit esse mala uoluntas bone uolūtatis effectrix? Si bōa: iam ergo habebant: Et istā q̄s fecerat nisi ille qui eos cum bona uoluntate .i. cum amore casto quo illi adhererēt creauit: simul in eis ⁊ condens naturā ⁊ largiens gratiam? Unde sine bona uoluntate hoc est dei amore: nunqꝫ sanctos angelos fuisse credendum est. Isti aut qui cum boni creati essēt: tamen mali sunt: mala propria uolūtate quam bona natura n̄ fecit: nisi cū a bono sponte defecit: ut mali causa n̄

sit bonum: sed defectus a bono: aut
 miore acceperunt amoris diuini gr̄az
 q̄ illi q̄ i eadē perfiterūt: aut si vtriq̄
 boni equaliter creati sunt: istis mala
 voluntate cadentibus: illi apli^o adiuti
 ad eā beatitudinis plenitudinez vñ se
 nunq̄ casuros certissimi fierent pue
 nerunt: sicut iam ē in libro quē seq̄r:
 iste tractauim^o. Confitendū ē iḡr cū b
 ibita laude creatoris: non ad solos s̄c
 ctos hōies pertinere: verum ē de s̄c
 tis angelis posse dici: q̄ caritas dei dif
 fusa sit in eis per spiritum s̄ctū qui
 datus ē eis: nec tantū hōinuz s̄z p̄mi^o
 precipueq̄ angeloz bonum eē quod
 scriptū est: mihi aut̄ adherē deo bonū
 est. Hoc bonum quibus cōe est: hñt z
 cū illo cui adherent z in se societatez
 sanctā: z sūt una ciuitas dei: eadēq̄ vī
 uum sacrificium eius viuunq̄ tēpluz
 eius. Cui^o pars que coniūgenda im
 mortalibus angelis ex mōtalibus ho
 minibus congregat: z nunc mortaliē
 peregrinat in terris: vel i eis q̄ morte
 obierūt secretis animarū receptacul^o
 sedibusq̄ requiescit: eodē deo creante
 quenadmodū exorta sit: sicut de ange
 lis dcm̄ est iam video esse dicendum.
 Ex vno quippe hōie quem deus p̄mū
 condidit: genus humanū sumpsit ex
 ordiū: s̄m sancte scripture fidem: que
 mirabilem auctem non iūerito habz
 in orbe terrarū atq̄ in omnib^o genti
 bus: quas sibi esse credituras inter ce
 tera vera que dixit vera diuinitate p̄
 dixit. Omittamus iḡr coniecturas ho
 minū nescientium quid loquāt de na
 tura vel institutione generis humāi.
 Alij nanq̄ sicut de ipso mundo credi
 derūt: semper fuisse homines opinan
 tur. Unde ait z apuleius cuz hoc ani
 mantium genus describeret sigillatiz
 inquit mortales cuncti: tamen vniuer
 so genere perpetui. Et cum illis dictū
 fuerit: si semper fuit humanum gen^o
 quo nam modo verum eorum loqua

tur historia: narrans qui fuerint qua
 rucūq̄ rez iuenciores: qui primi libe
 ralium disciplinarum aliarūq̄ artiu
 institutores: vel a quibus: primum il
 la vel illa regio parsq̄ terrarum: illa
 atq̄ illa insula incolī cepit. Respon
 dent: diluuijs z conflagrationibus p
 certa interualla temporum n̄ quidem
 omnia: sed plurima terrarum ita va
 star: vt redigantur homies ad exigua
 am paucitatem: ex quorum progente
 rursus multitudo pristina reparatur:
 ac si identidē reparari z institui quasi
 prima restituantur: potius que fuerāt
 illis numjs vastationibus interrupta
 z extincta. Leterum hominez nisi ex
 homine existere omnino nō posse. Di
 cunt autem: quod putant: n̄ qd̄ sciūt.

De falsitate eius historie que mul
 ta milia annorum preteritis tempori
 bus ascribit. c. x.

f Allunt etiam eos quedam mē
 dacissime littere: quas phibēt i
 historia tporum mlta annorum milia
 cōtiez cū ex litteris sacris ab iūtitutio
 ne hōis nondū completa annoz sex
 milia computemus. Unde ne multa
 disputem: quenadmodum illarum lit
 terrarum in quibus longe plura āno
 rum milia referuntur vāitas refellat:
 z nllā in illis rei huius idonea repia
 tur auctoritas: illa epistola alexandri
 magni ad olympiadē matrē suaz quā
 scripsit: narrationem cuiusdaz egyptij
 sacerdotis insinuans: quam protulit
 ex litteris que sacre apud illos haben
 tur: continet etiāz regna que greca q̄z
 nouit historia. In quibus regnum as
 syriorum in eadem epistola alexandri
 quinq̄ milia excedit annorum: in gre
 ca vero histōia mille ferme z trecetos
 habet ab ipsius belli principatu: quez
 regem z ille egyptius in eiusdē regni
 ponit exordio. persarum autem z ma

cedonam imperium vsq; ad ipsuz alexandrum cui loquebatur : plusquā octo annorum milia ille constituit: cū apud grecos macedonum l. q; ad mortē alexandri quadrigēti octogita qnq; repiantur. perfarū vero donec ipsius alexandri uictoria finiret: ducēti 7 trigintatres cōputentur. Lōge ita q; hī numeri annorum illis egyptijs sunt minores: nec eis etiam si ter tantum coputarentur equarētur. Perhibēt. n. egyptij quōdā tā breues ānos habuisse: vt quaternis mensibus finirentur. Unde annus plenior 7 verior qualis nunc 7 nobis 7 illis est: tres eorum annos cōplectebatur ātīquos. Sz nec sic quidem vt dixi: greca egyptie numero temporum concordat hī storia. Et ideo grece potius fides hī da est: quā veritatem non excedit annorum: qui litteris nostris que vere sacre sunt continetur. Porro si hec epistola alexandri que maxime innotuit: multum abhorret in spacjs temporum a probabili fide reruz: q̄to min⁹ credendum est illis litteris quas plenas fabulosas uelut antiquitatibus p̄ferre voluerunt: contra auctoritatem notissimorum diuinorūq; librorum que totum orbem sibi credituruz esse preoixit: cui totus orbis sicut ab ea p̄dictum est credidit: que vera se narrasse preterita ex his que futura prenunciavit cum tanta veritate implentur ostendit?

De his qui hunc quidem munduz non sempiternum putant: sed aut innumerabiles aut eundem unuz certa conclusione seculorum semper nasci 7 resoluti opinantur. c. xi.

nozem. quod et in ipso vno sicut iam dixi homine prius est reprobum: vnde necesse est incipiamus et vbi non est necesse ut reaneam: posterius vero probum quo proficientes ueniamus: et quo peruenientes maneamus. Proinde non quidem omnis homo malus erit bonus: nemo tamen erit bonus qui non erat malus. Sed quanto quisque citius mutatur in melius hoc in se facit notari quod apprehendit sceleris: et posteriore cooperit vocabulum prius. Scriptum est itaque de cain quod condidit ciuitatem. Abel autem tanquam peregrinus non condidit: superna enim sanctorum ciuitas quam hic pariat ciues: in quibus peregrinat donec regni eius tempus adueniat: cum congregatura est omnis in suis corporibus resurgentes: quoniam eis promissum dabitur regnum: vbi cum suo principe rege seculorum sine vllis temporibus sine intermissione gnabunt. Umbra sane quedam ciuitatis huius et imago prophetica: et significande potius quam presentande seruiuit in terris: quo eaz tempore demonstrari oportebat et dicta est etiam ipsa ciuitas sancta merito significatis imaginis: non expressisse sicut futura est veritatis. De hac imagine seruiete: et de illa quam significat libera ciuitate: sic apostolus ad galathas loquitur. Dicite mihi inquit sub lege volentes esse legem non audistis: Scriptum est. n. quod abraham duos filios habuit: vnum de ancilla: et vnus de libera. Sed ille quidem qui de ancilla secundum carnem natus est: qui autem de libera per promissionem: que sunt per allegoriam dicta. Hec. n. sunt duo testamenta. Vnum quidem a monte sina in seruitutem generans quod est agar. Sina enim mons est in arabia: qui coniunctus est huic qui nunc est hierusalem. seruit. n. cum filiis suis. Que autem sursum est hierusalem libera est: que est mater omnium nostrum. Scriptum est. n. Letare sterilis que non parieris: quod multi filii deserte magis quam eius que habet

uirum. Nos aut̄ fratres fm̄ isaac promissionis filij sumus. Sz sicut tunc q̄ fm̄ carnem natus fuerat: persequebat̄ eum qui fm̄ spiritum: ita 7 nunc. Sz quid dicit scriptura? Ecce ancillam et filium eius. Non. n. heres erit filius ancille: cum filio libere. Nos autem fr̄es n̄ sumus ancille filij: sed libere: qua libertate christus nos liberauit. Hec s̄o ma intelligendi de apostolica auctoritate descendens locuz nobis apit̄ quē admoduz scripturas diuioꝝ testamētoꝝ veteris 7 noui accipere debeam⁹. Pars. n. q̄dā terrene ciuitatis: imago celestis ciuitatis effecta est: nō se signifiando sed alteram: 7 iō hui⁹. Neqꝫ .n. propter seipsā: sed propter aliaz significandam ē instituta 7 precedere alia significatiōe 7 ipsam prefigurans p̄ figurata est. Namqꝫ agar ancilla sare: eiusqꝫ filius: imago quedam hui⁹ imaginis fuit. Et qm̄ transire erant umbre luce ueniente: ideo dicit libera. Sara significabat liberā ciuitatē: cui rursus alio mō significande etiā illa umbra seruiebat. Ecce ancillā 7 filium ei⁹. Non. n. heres erit filius ancille cuz filio meo isaac: quod ait apostolus cū filio libere. Inuenim⁹ ergo in terrēa ciuitate duas formas: vnam suam p̄sentia demonstrantem: alteram celesti ciuitati significande sua presentia seruientem. Parit autem ciues terrene ciuitatis peccato vitata natura: celestis v̄o ciuitatis ciues parit a peccato naturā liberās gr̄a: vnde illa vocant̄ uasa ire: ista uasa misericordie: significatum est hoc etiam in duobus filijs abrae: qꝫ vnus de ancilla que dicebat̄ agar fm̄ carnem natus est ismael: alt̄ autem est de sara libera secundum re promissionem natus isaac. Uterqꝫ q̄dem de semine abrae: sed illum genit̄ demonstrās cōsuetudo naturam: istum vero dedit promissio significans gr̄az ibi human⁹ usus oñditur: hic diuin⁹

beneficium commendatur.

De sterilitate sare quā dei gr̄a fecit dauit. c. iij.

¶ Ara quippe sterilis erat: 7 depatione plis saltē de ancilla sua concupiscēs h̄e: qd̄ de ipsa n̄ se posse cernebat: dedit eam fetandā viro: d̄ q̄ parere voluerat nec potuerat. Exegit itaqꝫ etiam sic debituz de marito vtēs iure suo i vtero alieno. Natus ē ergo ismael sicut nascūt̄ hoies: permixtiōe sexus vtriusqꝫ vsitata lege nature. Id̄ dictum ē secundum carnem non q̄ illa beneficia dei non sint: aut non illa optur deus cuius opifex sapientia attingit sic scriptū est a fine vsqꝫ ad finem fortiter 7 disponit oia suauiter: sz vbi significandum fuerat dei donum qd̄ indebitum hominibus gratis gratia largiretur: sic oportuit dari filium quē admōm nature n̄ debebat̄ excursib⁹. Negat. n. natura iā filios tali cōmixtioni maris 7 femine: qualis eē poterat abrae 7 sare in illa iam etate: et mulieris accedente sterilitate que nec tūc patere potuit: quando non etas fecunditati: sz etati fecunditas defuit. Quod ergo nature sic affecte fruct⁹ posteritatis nō debebatur: significat qꝫ natura generis humani peccato vitata: ac p̄ hoc iure dānata nihil vere felicitatis imposteꝫ mēbatur. Recte igitur significat isaac per repromissionē nat⁹: filios gratie ciues ciuitatis libere: socios pacis eterne: vbi sit non amor prope ac priuate quodāmodo voluntatis: sed cōmuni eodenz̄ immutabili bono gaudens atqꝫ ex multis unum cor faciens: id est perfecte facta concors obedientia caritatis.

De terrene ciuitatis concertatiōe l

pace. c. lxxij.

t Errena porro ciuitas que sepiē
na n̄ erit: neq; enīz cū i extremo
supplicio dānata fuerit iā ciuitas erit:
hic h̄z bonū suuz cuius societate leta-
tur: qual' esse de talibus rebus leticia
pōt. Et quoniam non est tale bonum
vt nullas angustias faciat amatorib?
suis: ideo ciuitas ista aduersus seip̄sā
plerūq; diuidit: litigando: bellādo: at
q; pugnando: z aut mōtiferas aut cer-
te mortales victorias requirēdo. Nam
ex quacūq; sui pte adūsus alterā sui
partē bellando surrexit: querit esse vic-
trix gentium: cum sit captiua victorū.
Et si quidem cum vicerit superbi? ex-
tollitur: etiā sic mortifera. Si vō pditi-
onem cogitās casusq; cōes: magis q̄
accidere possūt aduersus angit: q̄ eis
q̄ prouenerūt fis reb? iflat: tm̄mō mō
talīs est ista uictoria. Neq; enim semp
dominari poterit pmanēdo: eis quos
potuerit subiugare uincendo. Non
autem recte dicuntur ea bona non eē
que concupiscit hec ciuitas: quando ē
z ipsa in suo genere humano melior.
Concupiscit enim terrenam quandaz
pro rebus infimis pacem: ad eam nā
q; desiderat peruenire bellando. Quis
si uicerit z qui resistat non fuerit: pax
erit quam non habebant partes inui-
cem aduersantes: z pro his reb? quas
simul habere non poterant infelici e-
gestate certantes. Hanc pacem requi-
runt laboriosa bella: hanc adipiscitur
que putatur gloriosa victoria. Quan-
do autem vincunt qui cā iustiore pu-
gnabant quis dubitet gratulandam
esse victoriam: z prouēisse optabilem
pacem: hec bona sunt: z sine dubio
dei dona sunt. Sed si neglectis melio-
ribus que ad supernam pertinent ciui-
tatem: vbi erit victoria in eterna z sū-
ma pace secunda: bona ista sic concupis-
cantur: vt vel sola esse credantur: l' hīs

que meliora creduntur amplius dili-
gantur: necesse est miseria consequat:
z que inerat augeatur.

De primo terrene ciuitatis auctoꝝ
fratricida cuius impietati romane vr-
bis cōditor germani cede r̄nderit. c. v.

p Rīmus itaq; fuit trene ciuita-
tis cōditoꝝ fr̄cida: nā suū fratē
ciuem ciuitatis etne i hac t̄ra peregrī-
nantem inuidia vict? occidit. Unde
mirandum non ē: q̄ tanto postea i ea
ciuitate condenda que fuerat huius t̄-
rene ciuitatis de qua loquimur caput
futūra: z t̄ā multis gentibus regnata
huic p̄rio exēplo z vt greci appellant
archeotypo: quedam sui generis ima-
go respondit. Nam z illic sicut ipsum
facinus quidam poeta cōmemorauit
illoꝝ: fraterni p̄mi maduerūt saguie
muri. Sic enim condita est roma: qm̄
occisum remum a fratre romulo rōa-
na testatur historia nisi q̄ isti terrene
ciuitatis ambo ciues erant. z ambo
gloriam de romane reipub. institutio-
ne querebant: sed ambo eam tantaz
quantā si vnus esset h̄ie non poterāt.
Qui enim volebat dominando glori-
ari: minus vtiq; dñaret: si eius p̄as
vltio cōsorte minueretur. Ut ergo to-
tam dominationē haberet vnus: ablat?
est socius: z scelere creuit in peius: qđ
innocentia minus esset in melius. Hi
autem fratres cai z abel non hēbāt ā-
bo inter se silem rez terrenaz cupidi-
tatem: nec in hoc alter alteri inuidit: q̄
eius dominat? fieret angustior: qui al-
terū occidit: si ambo dñarentur. Abel
quippe non querebat dñationem in
ea ciuitate que condebatur a fratre: s; in-
uidētia illa diabolica qua inuidēt
bōis mali nulla alia cā ē nisi qz illi bo-
ni sunt: illi mali. Nullo enīz modo fit
minor accedente seu pmanēte cōsorte
possessio bōitatis: imo possessio bōita

tis tanto fit latior: quanto cōcordior e
 az indiuidua socioꝝ possidet caritas.
 Nō hēbit deniqꝫ istā possessionē: q̄ eā
 noluerit hēre cōmunem. Et tanto eam
 īperiet ampliorē: q̄to amplius ibi po
 tuerit amare cōsortem. Illud igr̄ quod
 inter remum ⁊ romulū exortū ē: quē
 admodum aduersus seipsam terrena
 ciuitas diuidatur ostendit: quod aut̄ ī
 ter caīn ⁊ abel inter duas ipsas ciuita
 tes dei ⁊ hōinum inimicitias demon
 strauit. Pugnat ergo ī se malī ⁊ ma
 li. Itē pugnat ī se bonī ⁊ malī: bonī
 vero ⁊ bonī: si perfecti sunt uer se pu
 gnare non possunt. Proficiētes aut̄ nō
 dūqꝫ pfecti ita possunt: ut bonus quis
 qꝫ ex ea parte pugnet contra altez: q̄
 ē cōtra semetipsum. Et in vno q̄ppe
 hoīe caro concupiscit aduersus spūz:
 ⁊ spīritus aduersus carnem. Lōcupis
 centia ergo spūalis cōtra alterius pōt
 pugnare carnalem: uel concupiscentia
 carnal' p̄ alterius spūitualem: sicut in
 ter se pugnant boni ⁊ mali: v̄l certe ip
 se concupiscentie carnales inter se du
 oꝝ bonoꝝ nōduz vtiqꝫ perfectoz: sic
 ī se pugnant mali ⁊ mali: idōc eoz
 q̄ curāt ad vltiaz victoriā sanitas per
 ducatur.

De lāguoribꝫ quos ex pena peccī
 ēt ciues ciuitatis dei ī huiꝫ vite pegri
 tiōe patiūt: ⁊ a quibus deo mediante
 sanantur. c. vi.

l Anguor ē q̄ppe iste. i. illa iobe
 diētia d̄ qua ī libro decioquar
 to differuimꝫ: prie inobediētie suppli
 cium: ⁊ ideo nō natura sed virtū. Prop
 ter qd̄ dī proficientibꝫ bōis: ⁊ ex fide ī
 hac pegrinatiōe uiuentibꝫ iuicē onera
 uza portate: ⁊ sic adiplebitis legē chri
 sti. Itē alibi dī. Corripite inquietos: ⁊
 solamū pusillanēs: suscipite īfirmos:
 patientes estote ad dēs: videte ne q̄s
 malū p̄ malo alicui reddat. Item alio

loco si preoccupatꝫ fuezit homo ī ali
 quo delicto: vos qui spūales estis ī
 struite huiusmōi ī spū mansuetudi
 nis: intēdēs teipum ne ⁊ tu tenteris.
 Et alibi. Sol non occidat sup iracūdi
 am vīam. Et ī euāgelio. Si peccau
 rit ī te fratꝫ tuꝫ cōripe eū iter te ⁊ ipsū.
 Item de peccatis ī quibus multozū
 cauetur offensio sic apostolus dicit.
 Peccantes coram oībus argue vt ⁊ ce
 teri metum habeant. Propter hoc et
 de venia īnuicem dāda multa precipi
 untur: ⁊ magna cura prop̄ tenēdā pa
 cē sine qua nemo poterit uidere deū:
 vbi ille terror q̄ iūbetur seruus. x. mī
 lūm talentorum reddere debita que
 illi fuerant relaxata: quoniam debitū
 denaziorū centum conseruo suo nō re
 laxauit. Qua silitudie proposita dñs
 iēsus adiecit atqꝫ ait. Sic ⁊ vobis faci
 et p̄ uester celestis: si nō dimiseritis v
 nusquisqꝫ fratri suo d̄ cordibus vīs.
 hoc mō carantur ciues ciuitatis dei
 ī hac terra peregrinantes: ⁊ paci sup
 ne patrie suspirantes. Sp̄s autem sac
 tus operatur intrinsecus: ut valeat a
 liquid medicina que adhibetur extrin
 secus. Alioquī etiam si deus ipse vīcēs
 creatura sibi subdita: ī aliqua specie
 humana sensus alloquatur humāos:
 siue istos cōporis: siue illos quos istis
 fillimos habemus īfōnis: nec iterioꝝ
 grā mētē regat atqꝫ agat: nihil prodest
 hōi omnis predicatio veritatis. Facit
 autem hoc deus: a uasis misericordie
 ire vasa discernens dispensatione qua
 ipsa nouit multum occulta sed nō iu
 sta. Ipso q̄ppe adiuuante mirabilibꝫ
 ⁊ latentibus modis: cū peccatū quod
 habitat ī membris nostris: quod sic
 peccatū ē vt sit et pena peccati sic apo
 stolus precipit non regnat ī nō mor
 tali corpore peccatū ad obediēdū desi
 derijs eius: nec ei mēbra nīa velut iūqꝫ
 tatis arma exhibemꝫ: p̄vītur ad mētē
 non sibi ad mala deo regēte cōfētentē

7 eam regens tranquillius nūc: hēbit
postea sanitatem perfectā: atq; imor-
talitate percepta homo sīn vllō pecca-
to in eterna pace regnabit.

De cā 7 pertiācia sceleris cain: quē
a facinore cōcepto nec dei fmo iuoca-
uit. c. viij.

I Ed hoc ipm qđ sic potuim⁹ ex-
posuim⁹: cū deus locut⁹ eēt ad
cāi eo mō quo p̄mis hōib⁹ p creaturā
sbiectā velut eorū soci⁹ forma cōgrua
loq̄batur: quid ei p̄fuit: Nonne p̄cep-
tū scelus i necando fie: ēt post verbuz
diuie adimōitionis iplēuit: Nā cuz sa-
crificia discreuisset āboz: in illi⁹ respī-
ciēs: huius despiciēs: quod non dubi-
tandum est potuisse cognosci signo a
liquo attestante visibili: 7 hoc ideo fe-
cisset deus: qz mala erāt opera eius:
f̄is eius vero bona: contristatus ē ca-
in valde: 7 cōcidit facies eius. Sic eim
scriptū ē. Et dixit dominus ad cain.
Quare tristis factus es. 7 quare cōci-
dit facies tua: Nonne si recte auferas
recte aut diuidas: statū in forib⁹ pecca-
tū aderit. Peccasti: quiesce. ad te enim
cōv̄sio eius: 7 tu dominaberis illius.
In hac admonitiōe quaz deus p̄tulit
ad cain: illud quod dictū est n̄ne si rec-
te offeras recte aut non diuidas pecca-
sti: qz non elucet cur l̄ vnde sit dictuz:
multos s̄sus peperit eius obscuritas:
cum diuinaz scripturaz quisq; trac-
tator sum fidei regulam id conat⁹ ex-
ponere. Recte quippe offertur sacrifici-
ū: cū offert deo vero: cui vni tantūmō
sacrificandum ē. Non aut recte diuidi-
tur: dum n̄ discernūt recte vel loca vel
tempora: vel res ipse que offerunt: uel
qui offert uel cui offertur: vl̄ hī quib⁹
ad v̄scendū distribuitur qđ oblatū ē:
vt diuisionem intelligam⁹ hīc discreti-
onē: siue cū offertur vbi nō oz: aut qđ
non ibi sed alibi oportet. Siue cum

offertur quādō non opōtet: aut quod
non tunc sed alias oportet. Siue cum
id offertur quod nusq; 7 nunq; penit⁹
debit: siue cum electiora sibi eiusdez
generis rez t; homo: q̄ sūt ea que of-
fert deo: siue cum eius rei que oblata
est sit particeps prophanus. aut quili-
bet quē fas non est fieri. In quo autēz
horum deo displicuerit cain facile nō
potest inueniri. Sed quoniam iōānes
apostolus cum de his s̄ribus loquētū
non sicut cain inquit: qui ex maligno
erat 7 occidit fratrem suū: 7 cui⁹ rei grā
occidit eum: qz opera illius maligna
fuerunt: fratris autē illius iusta: datur
intelligi propterea n̄ respexisse deum i
munus eius: qz hoc ipsum male diuī
debat: dās deo aliqd suuz: sibi aut se
ipsū. Qđ oēs faciunt qui non dei sed
suā sectantes volūtātē. i. non recto sed
perv̄sio corde viuentes: offerunt deo ta-
men munus quo putant eum redimī
vt eorū non opituletur sanandis pra-
uis cupiditatibus s; explēdis. Et hoc
ē propriū terrene ciuitatis: deū vel de-
os colere: qbus adiuuantibus regnet
in victorijs 7 pace terrena: nō caritate
consulēdi sed dñandi cupiditate. Bōi
quippe ad hoc vtūf mundo: ut fruan-
tur deo: mali autem contra ut fruant⁹
mundo: vti uolūt deo: qui tamen eū l̄
eē uel res humanas curare iā credūt.
sunt eiz multo deteriores qui nec hoc
quidem credunt. Cognito itaq; cain:
q; super eius germani sacrificium nec
super suum respexerat deus: utiq; fra-
trem bonum mutatus imitari: nō ela-
tus debuīt emulari. Sed quia contri-
stus est 7 concidit uultus eius: hoc
peccatū maxime arguit deus tristitiaz
de alteri⁹ bonitate: 7 hoc f̄is. Hoc q̄p-
pe arguēdo in̄rogauit dicēs. Quare
contristatus es: 7 quare cōcidit facies
tua: Quia enim f̄i iuidebat deus uis-
bat 7 hoc arguebat. Naz hōibus qui
bus absconditū ē cor alterius: eē posset

ambiguum et proflus incertū utrū illa tristitia malignitatē suā in qua se deo displicuisse didicerat: an fratris doluerit bonitatē que deo placuit: cum in sacrificiū eius aspexit. Sed rōnē reddēs deus cur eius oblationē accipere noluerit: ut sibi ipse potius merito quā in merito frater displiceret: cum eēt iniustus non recte diuidēdo: hoc ē non recte uiuendo: et indignus cuius approbare oblatio quā esset iniustior quā frater iustus gratis odisset ostēdit. Non tamē euz dimittens sine mādato sācto iusto et bono. Quiesce inquit. ad te enīz puerfio ei⁹ et tu dñaberis illi⁹. Nūquid frās: Absit. Lulus iquā nisi peccati: Dixit enim peccasti: tñ deinde addidit: quiesce. ad te .n. conuersio eius: et tu dñaberis illi⁹. Pōt quidem ita intelligi: ad ipsū hōi nem conuersionem eē debere peccati: ut nulli aliq̄ sibi sciat tribuere debere quod peccat. Hec est enim salubris pēitentie medicina: et uenie petitio non incōgrua. ut ubi ait ad te enim conuersio eius non subaudiatur erit: s; sit precī plētis uidelz non predicētis mō. Tūc enim dñabit quisq; peccato: si id sibi non defendendo pposuerit: sed pēitēdo subiecerit. Alioquin et illi fūiet dominātī: si patrocinium adhibuerit accidētī. Sed ut peccatū itelligat p̄cupiscentia ipsa carnalis d qua dicit ap̄s: caro concupiscit aduersus sp̄m: i cuius carnis fructibus et inuidiam commemorat: qua utiq; cain stimulabat et accendebatur in fratris exitum: bñ subauditur erit. i. ad te enim conuersio eius erit: et tū dominaberis illi⁹ pōt quidez ita intelligi. Lulus enim cōmota fuerit ps ipsa carnal: quam peccm̄ appellat ap̄s ubi dicit: n̄ ego operō illō sed quod hītat i me peccatū: quā pariter ai ēt philosophi dicunt eē uitiōsā: non q̄ mentem debeat trahere: sed cui mēs debeat imperare: eāq; ab illicitis operibus rōne cohibere: cū ergo com

mota fuerit ad aliquid p̄perā cōmittē dum: si acquiescatur et obtēperetur dī cētī ap̄lo ne exhibueitis membra uīa arma iniquitatis peccato. ad mentem domita et uicta conuertit: ut s̄dita rō dñetur: hoc precepit deus huic qui facibus inuidie inflānabat in fratres: et quem debuerat imitari cupiebat auferre. Quiesce inquit: manus ab scelē contine. Non regnet peccatum in tuo corpore mortali ad obediendum desis deys eius: nec exhibeas mēbra tua iniquitatis arma peccato. Ad te enim conuersio eius: dum non adiuuatur relaxādo sed quiescēdo frenatur. Et tu dominaberis illius: ut euz forinsecus non permittitur operari: sub p̄ate m̄tis regentis et bene uolentis assuescat etiam intrinsecus n̄ moueri. Dicitur ē tale aliquid in eodem diuino libro et de muliere: qñ post peccatum deo in rogante atq; iudicante: dānationis sē tētias acceperunt in seip̄te diabolus: et in se ipsis illa et maritus. Cum enim dixisset eis multiplicans mltiplicabo tristitias tuas et gemitum tuum: et in tristitijs paries filios: deū addidit: et ad uirū tuū conuersio tua: et ipse dñabitur tui. Quod dictum ē ad cain de peccato vel de uitiōsa carnis concupiscentia. hoc isto in loco de peccatrice femina: ubi intelligendum ē uirum ad ēgendam uxorem: aio carnē regenti si milem eē oportere. Prop̄ qd dicit apostolus. Qui diligit uxorem suā: se ipsum diligit. Nemo enim unq; carnē suam odio hūit. Sanāda sunt hec sic nostra: non sicut aliena damnanda. Sed illud dei preceptum cain sicut p̄uaricator accepit. Inualescente quippe inuidentie uitiō fratrem insidiatus occidit. Talis erat terrene conditor ciuitatis. Quomodo autem significauerit etiam cain iudeos a quibus christ⁹ occisus est: christum uero magnū pastorem ouium peccorum custos p̄figu

rabat abel: qz in allegoria prophetica res est parco nunc dicere. Et quedam hinc aduersus faustum manicheum dixisse me recolo.

Que rō fuerit vt cain inter principia generis hūani p̄dēt ciuitatē. c. viij.

nunc Unc autē defendenda videt̄ mihi hī historia: ne sit scriptura incredibile q̄ dicit edificataz ab vno hoīe ciuitatem: eo tēpore quo n̄ plus q̄ viri quatuor vel potius tres postea q̄ fratrem occidit fuisse videntur i terra id est primus homo pater omnium: et ipse cain et eius fillus enoch ex cuius noīe ipsa ciuitas nuncupata est. Sed hoc quos mouet: parū considerant n̄ oēs hoīes qui tunc eē potuerunt: scrip̄tozem sacre huius historie necesse habuisse noiare: sed eos solos quos operis suscepti ratio postulabat. Propositū q̄ppe scriptoris illius fuit per quē sp̄s sanctus id agebat: p̄ successiōes certarū generationum ex vno hoīe p̄ pagatarum puenire ad abraam: ac d̄ in ex eius semine ad populū dei: i quo distinctio a ceteris gentib⁹ p̄figuraret̄ et prenunciarentur oīa q̄ d̄ ciuitate cuius eternum erit regnū: et de rege eius eodēqz conditore christo in sp̄u preui debantur esse futura: ita vt nec d̄ alia societate hominum tacēt q̄ terrenā dicimus ciuitatē: quātū ei commemorā de satis esset: vt ciuitas dei etiā sue aduersarie comparatione clarescat. Luz igit̄ scriptura diuina vbi et numerum annorum quos illi hoīes vixerunt commemorat ita includat: vt dicat de illo de quo loquebatur et genuit filios et filias: et fuerūt oēs dies illius vel illius quos vixit anni tot et mortuus est: nū quid qz eosdē filios et filias non noiāt ideo intelligē non debemus per tā ml̄tos annos quibus tunc in seculi hui⁹ prima etate viuebat: nasci potuisse plū

mos homines: quorum cetib⁹ condi possent et plurie ciuitates: Sed pertiuit ad deum quo ista inspirante cōscripta sunt: has duas societates suis diuisis generationibus primitus dirigere atqz distinguere: vt seorsum hominum hoc est secundum hominem viuentiū seorsum autem filiorum dei id est hōinum secundum deum viuentiū generationes contexerēt vsqz ad diluuiū: vbi ambarum societatum discretio et cretioqz narrāt: discretio quidē q̄ abarū seperatū generationes cōmemorāt vnius scilicet cain: alterius autē qui vocabatur seth. Natus quippe fuerat et ipse de adaz: pro illo quē frat̄ occidit. Concretio autem: quia bonis i detius declinantibus tales vniuersi facti fuerant vt diluuiū delerent: excepto vno iusto cui nomen erat noe: et eius coniuge et trib⁹ filijs totidēqz nurib⁹. Qui hoīes octo ex illa omnium uastatione mortalium per arcam euadere meruerunt. Quod igitur scriptum est et cognouit cain uxorem suā et concipiens peperit enoch: et erat edificans ciuitatem in noīe filij sui enoch: non est quidem consequens vt istū p̄mum filij genuisse credatur. Neqz. n. hoc ex eo putandum ē: qz dictus est cognouisse uxorem suā: quasi tūc se illi primitus cōcumbēdo miscuisset. Nam et de ipso patre d̄m adā: n̄ tūc solum hoc d̄m est quādo conceptus est cain. quez p̄mo genitum videt̄ hūisse: verum etiā posterius eadem scriptura cognouit iquit adam uxorem suam: et concepit et peperit filium: et nominauit nomen illius seth. Unde intelligitur ita solere illam scripturam loqui quamuis non semper: cum in ea legitur factos hōinum fuisse conceptus: non tamē solū cum primuz sibi sexus vterqz miscēt. Nec illud necessario est argumento: vt primogenitum patri existimem⁹ e noch: q̄ et noīe illa ciuitas nūcupata

est. Non. n. ab re est: ut propter aliquā causam cum ⁊ alios haberet: diligeret eum pater ceteris amplius. Neq; eim ⁊ iudas primogēitus fuit: a quo ⁊ iudea cognominata est ⁊ iudei. Sed etiā si p̄ditori ciuitatis illius iste filius primus est natus: non ideo putandū est tunc a patre condite ciuitati nomē eius impositum quando natus est: qz nec constituit tunc ab vno poterat ciuitas: que nihil est aliud q̄ hominum multitudo aliquo societatis vinculo colligata: sed cum illius hōis familia tāta numerositate cresceret: vt habēt iam populi quantitatem: tunc potuit vtiq; fieri vt ⁊ constitueret: ⁊ nomen primogeniti sui constitute imponēt ciuitati. Taz longa quippe vita illoz hōinū fuit: ut illic mēozatoz quoz ⁊ āni taciti nō sunt: qui minimū vixit āte diluuiuz: ad septingentos q̄nquagintatres pueniret. Nam ples nongētos annos ēt trāsierunt: quāuis nemo ad mille puenerit. Quis itaq; dubitauerit p̄ vnus hominis etatem tm̄ multiplicari potuisse gen^o humanū: ut eēt vñ constitueretur non vna sed plurie ciuitates. Quod ex hoc conijci facillime pōt: qz ex vno abraam n̄ multo āplius quadringētis ānis numerositas hebraice gentis tanta procreata ē: ut ī exitu eiusdem populi ex egypto: sexcēta milia hōinū fuisse referant^r bellice iuuetutis: vt omittam^o gentē idumeorum n̄ pertinentē ad populum israel: quē genuit frater ei^o esau nepos abrae: ⁊ als gentes natas ex semine ipsius abrae: n̄ per sarā coniugem p̄creatas.

De longa vita hominum que fuit ante diluuium: ⁊ de ampliore hūanorum corporuz forma. c. ix.

q̄ Uāobrem nullus prudens rezz existimatoz dubitauerit caim n̄

solū aliquā: verū ēt magnam potuisse condere ciuitatē: quando in tālonguz t̄pus protendebatur vita mōralium: nisi forte infidelium quispiā ex ipa numerositate annorum nobis ingerat questiōem: qua vixisse tūc hoies scriptum est in auctoritatibus nostris: et hoc neget eē credendum. Ita quippe non credunt etiam magnitudines corporum longe ampliores tūc fuisse q̄ nunc sunt. Unde ⁊ nobilissimus cozz virgilius de ingenti lapide quem in agrorum limite infixum vir fortis illorum temporum pugnans ⁊ rapuit: ⁊ cucurrit ⁊ intorsit ⁊ immisit. Uix illū inq̄t lecti bis sex ceruice s̄birent. Qualla nunc hominum producit corpora tellus: significans maiora tunc corpora producere solere tellurem. Quanto magis igitur temporibus recentioribus mundi: ante illud nobile diffamatiq; diluuiū: Sed de corporū magnitudine plerūq; incredulos nudata p̄ vetustate siue per vīz fluminū variosq; casus sepulcra conuicūt: vbi apparuerūt vel vnde ceciderūt incredibilibus magnitudinis ossa mortuozū. Uidi ipse n̄ sol^o sed aliqui mecum ī vtiq; si littore molarez hōis dentes tam ingentem: vt si ī nostrorum dentū modulos minutati concideretur: centum nobis videretur facere potuisse. Sed illum gigantis alicuius fuisse crediderimus. Taz preter quod erant omnium mlto maiora q̄ n̄a tunc corpora gigantes ante longe ceteris antebāt. Sicut alijs deīn n̄isq; temporibus zari quidem: s̄z nunq̄ ferme defuerūt q̄ modū aliozum plurimum excederēt. Plinius fuis doctissimus homo q̄to magis magisq; preterit seclī excursus minora cōpora naturā ferre testatur. Quod etiam homerum cōmemorat sepe carmine fuisse conquestum: non hec uelut poetica figmēta deridēs: s̄z ita historicam fidem tanq̄ miraculo

ri naturalis scripto: assumēs. Veruz
vt dixi antiquorū magnitudines corpo-
rum: inuenta plerunq; ossa quoniam
diuturna sunt etiā multo posteriorib;
seculis produnt: annoꝝ aut̄ numeroꝝ
tas cuiusq; hōinis qui t̄pibus ill̄ fuit:
null̄ nunc talibus documētis v̄ire i ex
p̄imētū pōt. Nec tñ iō fides sacre huic
hīstorie derogāda est cui? tanto impu-
dēt̄ narrata n̄ credim̄: quāto iplēzi
certius p̄nūciata conspiciamus. Dicit
tñ etiāz idēz plini? eē adhuc gentē vbi
ducentos ānos viuūt. Sic ergo hūa-
narū vitarū diuturnitates quas exp-
ti non sum? hodie h̄e credūtur inco-
gnita nobis loca: cur nō hūisse credāt
z t̄pa. An vō est credibile alicubi esse
quod hic non est: z incredibile aliqñ fu-
isse quod nunc non est?

De differentia q̄ int̄ hebreos z no-
stros codices vident̄ annorū numeri
differre. c. x.

q Uo circa z si it̄ hebreos z n̄os
codices de ipso nūero annoruz
nonnulla videt̄ eē distātia: qd̄ ignoro
qua rōne sit sc̄um: non tamen tāta ē:
ut illos hoies tā longeuos fuisse dif-
fētiant. Nam ipse hō prim? adam añ
q̄ gigneret filium q̄ ē appellatus seth
ducentos triginta vixisse annos repit̄
in codicibus n̄is: in hebreis aut̄ cētū
triginta perhibet. Sz posteaq; eū gēu-
it septingentos vixisse legit̄ in n̄is: oc-
tingentis vero in ill̄. Atq; ita in vtr̄is-
q; vniuersitatis summa concordat: ac
deinde per consequētes generatiōs ā-
teq; gignat̄ qui gigni cōmemoratur:
minus vixisse apud heberos pater ei?
inuenitur centum ānos: sed posteaq; ē
genitus: idē ipse centum min? q̄ i he-
breis inueniuntur i n̄is. Atq; ita hic
z inde numeri vtriusq; vniuersitas cō-
sonat. In sexta autēz generatiōe nul-
q; vtr̄iq; codices discrepant. In septi-

ma vero vbi ille qui natus est enoch:
n̄ moriū? sed q̄ deo placuerit trāslat?
eē narratur: eadē diffonātia ē que in
superioribus quinq; de centum annis
añq; gigneret eum qui ibi cōmemora-
tus est filium atq; ita in sūma similis
consonantia. Vixit enim ānos anteq̄
transferretur sz vtr̄osq; codices trecē-
tos sexagintaquinq;. Octava genera-
tio habet quidem nōnullā diuersitatē
sed miorem ac dissimilez ceteris. Ma-
tuselem quippe quē genuit enoch: añ
q̄ gigneret eum qui in ipso ordine q̄
rursus in nostris posteaq; eū genuit z
periuuntur additi: z in vtr̄isq; sibi sum-
ma vniuersi numeri occurrit. In sola
nona generatione. i. in annis lamech
filij matusele patris aut̄ noe: summa
vniuersitatis discrepat: sed non pluri-
mum. Vixit enim z quatuō annos
plus vixisse in hebreis q̄ in nostris co-
dicibus inuenitur. Nā anteq; gigneret
filium qui vocatus est noe: sex minus
h̄z in hebreis q̄ in n̄is: postea vero q̄
eum genuerit: triginta āplius in eisde
q̄ in n̄is. Unde sex illis detractis res-
tant viginti quatuor vt dictum est.

De annis matuselem: cuius etas. x
liij. annis videt̄ diluuiū excedē. c. xi.

p Per hanc aut̄ discrepantiā hebre-
orū codicū atq; n̄oz exoritur
illa fāosissima q̄o: vbi matuselez qua-
tuordecim annos vixisse post diluuiū
computat̄: cū scriptura ex oibus qui i
terra tunc fuerāt solos octo hoies in
arca exitum cōmemoret euasisse di-
luuij: in quibus matuselem non fuit.
Secundum codices enim n̄os matu-
salelem enim priusq; gigneret illum quē
vocauit lamech: vixit annos cētū sexa-
gita septē: dein ipse lamech atēq; ex il-
lo natus esset noe vixit annos centuz
octogita octo: q̄ fil̄ sunt tercēti quiqua-
giuta q̄noz. His additur sexcenti noe

quoto eius anno diluuiū factum ē: q̄
fiunt nongenti quinquagintaquinque:
ex quo matusalem nat⁹ est usq̄ ad an
num diluuij. Omnes aut̄ āni vite ma
tusalem nongenti sexaginta nouē com
putantur. Quia cū vixisset annos cen
tum sexaginta septē ⁊ genuisset filium
qui est appellatus lamech: post eum
genitum vixit ānos octigētos duos.
Qui omnes vt dixim⁹ nongenti sexa
gintanouē fiunt. Unde detractis non
gentis quinquagintaquinque ab ortu ma
tusalem vsq̄ ad diluuiū remanēt qua
tuordecī quib⁹ vixisse credit⁹ diluui
um. Propter qd̄ finullī ⁊ si eū in tra
vbi oēm carnem: quā uiuē i aquis na
tura non sinit: cōstat fuisse deletaz cū
p̄te suo qui translatus fuerat aliquan
tum fuisse: atq̄ ibi donec diluuiū p̄ter
iret vixisse arbitrantur. Nolentes de
rogare fidem codicibus quos in auc
toritatem celebriorem suscepit ecclīa:
⁊ credentes indeoz potius q̄ istos n̄
h̄re qd̄ verū ē. Non. n. admittūt q̄ ma
gis hic esse potuerit error interpretaz:
quā in ea lingua esse falsuz vñ in n̄az
per grecam scriptura ipsa translata ē.
Sed inquiunt nō esse credibile septu
aginta itēp̄ctes qui vno sil⁹ tempore
vnoq̄ sensu int̄pretati sunt errare po
tuisse: aut ubi nihil eoz it̄erat uoluis
se mentiri: iudeos vero dum nobis in
uident q̄ lex ⁊ prophete ad nos int̄p̄
tando transierunt: mutasse quedā i co
dicibus suis vt in n̄is minueretur au
ctoritas. Hanc opinionē vel suspicio
nem accipiat quisq̄ vt putauerit cer
tum est tñ n̄ vixisse matusalē post dilu
uium: sed eodem anno fuisse defūctuz
si verum est qd̄ de numero annoz in
hebreis codicibus inuēitur. De ill⁹ aut̄
lxx. interpretibus quid mihi videat:
suo loco diligentius inserendū est: cuz
ad ipsa tempora q̄tum necessitas hu
ius operis postulat cōmemoranda ad
iuuante dño venerimus. P̄nti enim

sufficit questionī: secunduz vtrosoz co
dices tam longas hūisse vitas illius e
ui homines: vt posset etate vnus qui
de duobus quos solos terra tunc pa
rentibus primus est natus: ad cōstitu
endam etiam ciuitatem multiplicari
genus humanum.

De opinione eoz qui primoz t̄p̄z
hoies tā lōgeuos q̄ scribitur fuisse n̄
credunt. c. xij.

n *Eq̄. n. ullo modo s̄t audiendi:*
q̄ putant aliē annos ill⁹ t̄p̄ibus
computatos. i. tante breuitatis vt u
nus ann⁹ noster decez illos hūisse cre
datur. Quapropter inquiunt cū audi
erit quisq̄ vel legerit nongētos ānos
quenq̄ vixisse: debet intelligere nona
gita. Decē quippe illi anni vnus ann⁹
est n̄ ⁊ decē āni n̄i centuz illi fuerūt.
Ac per hoc ut putant vigintitrium
annorum fuit adaz qñ genuit seth. Et
ipse seth viginti habebat ⁊ sex mēses
qñ ex illo natus est enos: quos appel
lat scriptura ducentos ⁊ quicq̄ ānos.
Quoniā sic isti suspicantur quoruz ex
ponimus opinionem: vnuz annū qua
lem nunc habemus in decem partes
illi diuidebant: ⁊ easdem partes ānos
vocabant. Quarum partium hz vna
quadratum senarium: eo q̄ deus sex
diebus perfecit opera sua ut in septi
mo requiesceret. De qua re i libro vn
decimo sicut potui disputauī. Sexties
aut̄ seni qui numer⁹ quadratū senariū
fac: triginta sex dies sūt: qui multipli
cati decies ad trecentos sexagita p̄uēi
unt. i. duodeciz mēses lunares. Prop̄
quicq̄ dies. n. reliquos quibus solaris
annus implet: ⁊ diei quadrantem p̄p̄
quem quater ductum eo anno quo bi
sexatū uocat vnus dies adq̄citur: adde
bantur a veteribus postea dies vt oc
curreret numerus annorū: quos dies
rōani intercalares vocabant. Proinde

etiã enos quẽ genuit seth: decẽ et nouẽ agebat annos quando ex illo natus ẽ filius eius cainã: quos años dic scriptura centum nonaginta. Et deinceps per omnes generationes in quib⁹ hominuz anni cõmemorantur ante diluuium: nullus fere in nostris codicib⁹ i uenitur: qui cum esset centum annoꝝ vel infra: vel etiam centuz viginti aut non multo amplius genuerit filium: sed qui minia etate genuerit annorũ centum sexaginta ⁊ quod excrescit fuisse referuntur: quia nemo inquit dõcem annorum homo potest gignere filios: qui nũmerũs centuz appellabantur anni ab illis hominibus: sed in annis sexdecim est matura pubertas et poli iam idonea procreande: quos cẽtum ⁊ sexaginta annos illa tempora nuncupabant. Ut aut̃ aliter annum tunc fuisse cõputatũ ñ sit incredibile: a dicitur q̃ apud plerosq̃ scriptões historie rcpit̃ egyptios habuisse annũ quatuor mensiũ: acarnanas sex mensiũ: lauios tredecim mensiũ. Plinius fuscũ cõmemorasset relatũ fuisse in lĩas quendã uixisse centum quinquaginta duos annos: alium decẽ amplius: alios ducentorum annoꝝ hũisse uitam: alios trecentorum: quosdam ad quingẽtos: alios ad sexcentos: nonnullos ad octingentos etiam peruenisse: hec oĩa propter incerta temporuz accidisse arbi tratus est. Alij q̃ppe inquit estate def̃minabant annũ: ⁊ alij hieme: alij quadripartitis tẽporibus sicut arcades idẽ quorum anni trimẽses fuerunt. Adiecit etiam aliquando egyptios quorũ paruos annos quaternoꝝ mensiũ fuisse supra diximus: lunecq̃ sine eorum limitasse annũ. Itaq̃ apud eos inquit ⁊ singula milia annoꝝ uixisse pdunt. His uelut probabilibus argumentis quidam nõ destruentes fidẽ sacre huius historie: sed astruere nitẽtes ne sit incredibile q̃ tã multos años uixisse

referuntur antiqui: persuaserunt sibi nec se suadẽ iprudẽ existimant: tã exiguũ spacium t̃p̃is tũc añũ vocatũ: ⁊ illi decẽ sint vnus nũ: ⁊ decẽ nũ centum illoꝝ. Hoc aut̃ falsissimũ ẽẽ docum̃to euidentissimo oñdit. Quod añq̃ faciam ñ mihi tacendũ uidetur: que credibilior possit esse suspicio. Poteramus certe hanc asseuerationem ex hebreis codicibus redarguere atq̃ cõuincere: ubi adam non ducentorum triginta: sed centũ triginta annorum fuisse reperiatur q̃ñ tertius genuit filium: qui anni si tredecim nostri sunt proculdubio primum genuit q̃ñ duodecim vel nõ multo amplius annorum fuit. Quis potest hac etate generare usitata ista nobisq̃ notissima lege nature? Sed hũc omittamus: q̃ fortasse ẽt q̃ñ creatus est potuit. Non. n. eum taz paruũ q̃ infantes nostri sunt factum fuisse credibile est. Seth filius eius non ducentoz q̃nq̃ fuit q̃ñ genuit enos: ac per hoc fm̃ istos nondũ hẽbat vndecim annos etatis. Quid dicam de cainan eius filio: qui cum apud nos centum septuaginta reperiatur annorum apud hebreos septuaginta legit fuisse q̃ñ genuit malalebel: Quis generat homo septennis: si tunc anni septuaginta nũ cupabantur q̃ septem fuerunt.

An in dinumeratione añoz hebreoz magis q̃. lxx. interpretũ sit sequẽda auctoritas. c. xij.

¶ Ed cũ hoc dixerõ: cõtinuo referẽ illud iudeorũ ẽẽ mendaciaz de quo sup̃ius satis factũ ẽ. Nam septuaginta iũptes laudabilẽ celebratos viros potuisse mẽtiti difficile ẽ. Ubi si queram quid sit credibilis: iudeorũ gentem taz longe lateq̃ diffusã: i hoc conscribendum mendacium vno consilio conspirare potuisse: ⁊ dum alijs inuideant auctoritate: sibi abstulisse

veritatem: an. lxx. hoies q̄ et ipsi iudei erant in vno loco positos: quoniam rex egypti ptolomeus eos ad hoc op^o asciuerat: ipsam veritatem gentibus alēi genis inuiddisse: et cōmunicato istud tē fecisse consilio: quis non uideat qd p̄ cliuius faciliusq̄ credatur. Sz absit vt prudens quispiā vel iudeos cuiuslibet peruerſitatis atq̄ malicie tantum potuisse ctedat: in codicibus tam multis et tā longe lateq̄ dispersis vel. lxx. illos memorabiles viros hoc de iuidē da gentibus veritate vnum cōmunicasse consiliū. Credibilius ergo quis dixerit: cum primum de bibliotheca ptolomei describi ista ceperūt: tunc aliqd tale fieri potuisse in codice vno. s. primū in de scripto: vnde iam lati^o emanaret: vbi potuit quidē accidere et scriptoris error: Sed hoc in illa q̄one de vita matusalem non absurdus suspicari est: et in illo alio vbi superatib^o uigintiquatuor annis summa non cōuenit. In his autē i quibus continuat ipsius mendositatis similitudo: ita ut ante genitum filium qui ordini inseritur: alibi sup̄sint centū āni alibi d̄sint: post genitum autē vbi deerāt sup̄sint: vbi supererant desint: vt summa conueniat: et hoc in prima: secunda: tertia: quarta: quinta: septimaq̄ generatiōe inuenitur: videtur habere quandā si dici pōt error ipse constantiam: nec casū redolet sed industriam. Itaq̄ illa diuſitas numerorū aliter se habentium i codicibus grecis et latinis: aliter in hebreis vbi nō est ista de centum ānis p̄ us additis et postea detractis per tot generationis cōtinuata parilitas: nec malicie iudeorū: nec diligentie vel prudentie septuaginta interpretū: sz scriptoris tribuatur errori qui de bibliotheca sup̄ predicti regis codicem describendū p̄ mus accepit. Nam etiaz nunc: ubi numeri non faciūt intentum ad aliquid qd facile possit intelligi uel qd appare

at utiliter disci: et negligenter describūt et negligētius emēdātur. Quis. n. existimet sibi esse discendum quot milia hōinum tribus israel sigillatiz hē potuerūt: quoniam prodesse aliquid non putatur: et quotus quisq̄ hōinuz est cui profunditas utilitatis hui^o appareat. Hic vero vbi per tot cōtextas generationis centū āni alibi adsunt alibi desunt: et post natū q̄ cōmēorand^o fuerat filiū: desūt vbi absuerūt: absūt vbi defuerūt: vt summa p̄cordet nimirū cū vellet persuadē qui hoc fecit iō nūerosissimos annos vixisse ātiquos q̄ eos breuissimos nūcupabāt: et hoc de maturitate pubertatis q̄ idonea filij gignent^o conaretur ondē: atz iō i illis centum annis decem nōs insinuan dos putaret incredul^o: ne homines tā diu vixisse recipere infidem nollēt: ad didit centum vbi gignendis filijs habilē n̄ inuenit etatem: eosdēq̄ post gēitos filios vt congrueret summa detrahit: sic quippe voluit credibiles facere idonearū generande prol^o cōueniētias etatū: ut tamen numero: n̄ fraudaret vniuersas etates uiuentiū singloruz. Quod autē in sexta generatione id n̄ fecit: hoc ipsum ē quod magis mouet illum deo fecisse cuz res quam dicim^o postulauit: quia non fecit vbi non postulauit. Inuenit nanq̄ in eadez generatione: apud hebreos vixisse israel āteq̄ genuisset enoch centum sexaginta duos annos: qui secundum illā rōnez breuū annorū fiunt āni sexdecim: et aliquid minus q̄ menses duo: que iam etas apta est ad gignenduz: et iō addē centū annos breues vt nūi vigintifex fierent necesse n̄ fuit: nec p^o natū enoch eos detrabere quos non addiderat āte natum. Sic factum est vt hinc nulla esset iter codices vtrosq̄ varietas. Sed rursus mouet cur in octaua generatione anteq̄ de matusale nascere tur lamech: cūm apud hebreos legan

tur centum octoginta duo anni: vigintiduo anni minus inueniuntur i codicibus nostris: vbi potius addi centum solent: et post genitum lamech completenda restituntur ad sumam que in codicibus vtriusque non discrepat. Si enim centum septuaginta annos propter pubertatis maturitatem decem et septem volebat intelligi: sicut nihil addere: ita nihil detrabere iam debebat: quia inuenerat etatem idoneam generationi filiorum: propter quam in alijs centum annos vbi eam non inueniebat addebat hoc autem de viginti annis merito putaremus causa mendacitatis accidere potuisse: nisi eos sic prius detraxerat restituere postea curaret: ut summe conueniret integritas. An forte astutius factum extimandum est: ut illa qua centum anni prius solent adici et postea detrabi occultaretur industria: eum et illic vbi necesse non fuerat non quidem de centum annis: verumtamen de quocumque numero prius detracto post addito tale quid fieret. Sed quolibet istud accipiatur: siue credatur ita esse factum: siue non credatur siue postremo ita: siue non ita sit: recte fieri nullo modo dubitauerim: ut eorum diuersum aliquid in vtriusque codicibus inuenitur: quoniam quidem ad fidem rerum gestarum vtriusque esse non potest: verum et lingue potius credatur: vnde est in aliam per interpretes facta translatio. Nam in quibusdam etiam codicibus grecis tribus et vno latino et vno et syro inter se consentientibus: inuentus est matusalai sex annis ante diluuium fuisse defunctus.

De parilitate annorum: qui hisdem quibus nunc spatium et in prioribus seculis concurrerunt. c. xiiij.

¶ **U**nc iam videamus quomodo euidenter possit ostendi: non tam breues ut illi decem unus esset noster: sed tante prolixitatis annos quante nunc habemus

quos vtriusque circuitus conficit solent: in illorum hominum vita prolixissima comparatos. Sexcentesimo nempe anno noe scriptum est factum esse diluuium. Cur ergo ibi legitur: et aqua diluuium facta super terram sexcentesimo anno vite noe: secundi mensis septima et vicecima die mensis: si annus ille minimus quales decem faciunt vnum nostrum triginta sex dies habebat: Tantillius quippe annus si antiquo more hoc nomen accepit: aut non habet menses: aut mensis eius est triduum ut habeat duodecim menses. Quomodo igitur hic dictum est: sexcentesimo anno secundi mensis septima et vicecima die mensis: nisi quia tales quales nunc sunt etiam tunc erant menses: Nam quo pacto aliter vicecimo et septimo die secundi mensis diceretur septimum esse diluuium: Deinde postea in fine diluuium ita legitur. Et se dit arca in mense septimo: septima et vicecima die mensis super montes arach. Aqua autem minuebatur usque ad undecimum mensem. In undecimo autem mense prima die mensis apparuerunt capita montium. Si igitur tales mensis erant: tales profecto et anni erant quales nunc habemus. Menses quippe illi triduanum viginti et septem dies habere non poterant. Aut si pars tricesima triduum tunc appellabantur dies ut omnium proportionem minantur: ergo nec toto quatrinduo nostro factum est illud tam grande diluuium: quod memoratur secundum quadraginta diebus et quadraginta noctibus. Quis hanc absurditatem et uanitate ferat: Proinde remoueat hic error: qui coniectura falsa ita vult asserere scripturarum fidem: ut alibi destruat. Proius tamen est tunc dies fuit quarta et nunc est: que viginti et quatuor horum diurno curriculo nocturnorum deterninant: tamen mensis quatuor et nunc est: que luna cepta et finita conclusit. Tamen annus quatuor et nunc est: quem duodecim

mensis lunares additis propter cur-
 sū solarē quinq; dieb; ⁊ quadrante ꝑ
 sūmant. Tāt; āni sexcētesimi vite noe
 kus erat mensis: eiusq; mensis uicesi-
 mus ⁊ septimus dies: qñ cepit esse di-
 luuium: in quo dies quadragita ꝑtinu-
 ate igentes pluuię memoratur: q̄ dies
 non binas ac paulo amplius horas
 habebat: sz uicenas ⁊ quaternas die
 noctuq; transactas. Ac per hoc tam
 magnos annos uixerūt illi antiqui us-
 q; amplius q̄ nōgētos: quantos post
 ea uixit abraā centū septuagintaquin-
 q; ⁊ post eū filius eius isaac centū oc-
 toginta: ⁊ filius eius iacob prope cen-
 tum quinquaginta: ⁊ quātos interposi-
 ta aliquanta etate moyses centū uigē-
 ti: ⁊ quantos ēt nunc uiuūt hoies sep-
 tuaginta uel octoginta: uel non multo
 amplius de qb; ēt dictū est. Et ampli-
 eorum labor ⁊ dolor. Illa uero nume-
 roz varietas que iter codices hebre-
 os iuenitur ⁊ nōs: neq; de hac antiq̄
 longeuitate dissentit: ⁊ si quid habet
 ita diuersum: ut uerum eē vtrinq; nō
 possit: rerū gestarū fides ab ea liguā
 repetenda est: ex qua interpretatum ē
 quod habemus. Que facultas cuz vo-
 lentibus vbiq; gentium presto sit: nō
 tamen vacat q̄ septuaginta interp̄tes
 in plurimis que diuersa dicere vidēt:
 ex hebreis codicibus emendare ausus
 est nemo. Non enī est illa diuersitas
 putata mendositas: nec ego vllō mō
 putandā existio. Sz vbi non est scrip-
 toris error: aliquid eos diuino spū vbi
 sensus esset consentaneus veritati ⁊ ꝑ-
 dicans veritatem: non interpretatium
 more sed prophetantiū libertate aliq̄
 dicere uoluisse credendum est. Unde
 merito non solum hebreis: verum ēt
 ipsis cum adhibet testimonia de scrip-
 turis vti apostolica inuenitur auctori-
 tas. Sed hinc me opportuniore loco
 si adiuuerit dñs promisi diligentius
 locuturū: nunc quod instat expediā.

Non. n. ambigendū ē ab hoīe qui ex
 primo homine primus est natus qñ
 tandiū uiuebant potuisse constitui ci-
 uitatem sane terrenam: non illaz que
 dī ciuitas dei: de qua ut scriberem; la-
 bore tantū huius operis in manus
 sumpsimus.

An credibile sit primi seculi viros
 vsq; ad eam etatez qua filios generaf
 se iferunt a concubitu ꝑtinuisse. c. xv.

d Icet ergo aliquis ita ne creden-
 dū ē hoīem filios incessatē gene-
 raturum: nec habentem propositum
 cōtinentie centū ⁊ amplius vel fm he-
 breos non multo minus. i. octoginta
 sexaginta annos a concumbendi ope
 uacauisse: aut si non uacaret nihil ꝑ-
 lis gignere potuisse: hec questio duo-
 bus modis soluitur. Aut. n. tanto seri-
 or fuit proportione pubertas: quāto
 vite totius maiō annositas: aut quod
 magis uideo esse credibile: n̄ hic prio-
 geniti filij cōmemorati sunt: sed quos
 successionis ordo poscebat ut peruē-
 retur ad noe: a quo rursus ad abraāz
 videmus esse peruentum: ac dein usq;
 ad certum articulum temporis: quan-
 tum oportebat signari etiam generati-
 onibus cōmemoratis cursum glorifi-
 ssime ciuitatis in hoc mundo peregrī-
 nantis ⁊ supernam ꝑziām req̄rentis.
 Qd. n. negari non potest: prior diu-
 cain ex coniunctione maris ⁊ femine
 nat; ē. Neq; n. illo nato dixisset adāz
 quod dixisse legitur acq̄siui hoīem ꝑ-
 deum: nisi illis duobus ipse fuisset ho-
 mo nascendo additus primus. Hunc
 secutus abel quem maior frater occi-
 dit: prefiguratione quadam peregrī-
 nantis ciuitatis dei q̄ esset ab imp̄is
 ⁊ quodamō terrigenis id est terrenaz
 originem diligentibus: ⁊ terrene ciui-
 tatis terrena felicitate gaudentibus:
 persecutiones iniquas passura ꝑmus

ostendit. Sed quot annorū erat adaz cū eos genuit non apparet. Exiñ digeruntur generationes alie de cain: alie de illo quem genuit non adā i ei^o successione quem frater occidit: ⁊ appellaui nomē illius seth dicens ut scriptū ē. Suscitauit. n. mihi deus semē aliud pro abel: quem occidit cain. Luz itaq; iste due series generationū una de seth altera de cain: has duas de q̄ b^o agim^o distinctis ordinib^o insinuēt ciuitates unam celestem in terris peregrinantē: alterā terrenam terrenis tāq; sola sint gaudijs inbiantem uel inherentem: nullus de progenie cain cū dinumerata sit cōnumerato adā vsq; ad octauaz generationem quotānoꝝ fuisset expressus ē: quando genuit eū qui cōmemoratur post euz. Noluī. n. spīritus dei in terris ciuitatis generationibus t̄pa notare ante diluuium: s; in celestis maluit tanq̄ essēt mēoria digniores. Porro autem seth qñ natus est non quidē taciti sunt añi p̄is ei^o: seth iam genuerat alios: ⁊ utrū solos cain ⁊ abel quis affirmaz audeat: Nō. n. q; soli noiati sunt propter ordines generationum quas commemorari oportebat: ideo consequens uideri o; solos fuisse tunc generatos ex adam. Cum. n. silencio coopertis omīum nominibus ceterorum: legatur cum genuisse filios ⁊ filias: quota fuerit ista p̄les eius quis presumat asserere: si culpam temeritatis euitat: Potuit q̄ppe adam diuinitus admonitus dicē post eaq; seth natus ē. Suscitauit enīz mihi deus semen aliud pro abel: qñ talis erat futurus qui impleret illius sanctitatem: non q; ipse prior post eū temporis ordie nasceretur. Dein qd̄ scriptum est vixit autem seth quinq; ⁊ ducentos annos: vel sm̄ hebreos quinq; ⁊ centum annos ⁊ genuit enos: quis possit nisi inconsideratus asseuerare hunc eius primogenitum fuisse: ut ad

mirantes merito iquiramus: quomodo per tot annos imunis fuerit a conubio sine ullo proposito cōtinentie: l non genuerit cōiugatus. Quando q̄dem et de ipso legitur ⁊ genuit filios ⁊ filias: ⁊ fuerūt oēs dies seth duodeci ⁊ n̄genti anni ⁊ mortuus est: atq; ita deinceps quozum anni cōmemorant: nec filios filiasq; genuisse reticentur. Ac per hoc non apparet omnio: utrū qui nominatur genitus ipse fuerit primogenitus: immo vero quoniam credibile non est patres illos etate taz lōga aut impubes fuisse: aut coniugib^o caruisse vel fetibus: nec illos eoz filios p̄mos eis natos fuisse credibile ē. Sed cum sacre scriptoz historie ad ortum vitāq; noe: cuius tempore diluuium factum est per successiones generationū notatis temporibus itendēt peruenire: eas utiq; cōmemorauit non q̄ prime suis parentibus fuerint s; que in propagationis ordine uenerit. Exēplī gratia quo id fiat apertius aliquid interponam: vñ nullus ambigat fieri potuisse quod dico. Euangelista mattheus generationem dn̄ice carnis per seriem parentum volens cōmendare ordiens a patre abraaz atq; ad dauid primitus vt perueniret intendens. Abraam inquit genuit isaac. Cur nō dixit ismael quem primit^o genuit? Isaac autē inquit genuit iacob. Cur non dixit esau qui eius primogenitus fuit? Quia scilicet per illos ad dauid puēre non posset. Deinde sequitur. Iacob autem genuit iudam ⁊ fratres eius. Nunquid iudas primogenitus fuit? Iudas inquit genuit phares ⁊ zarah. Nec istorum geminorum aliquis fuit primogenitus iude: sed ante illos iam tres genuerat. eos itaq; tenuit in ordine generatiōum: per quos ad dauid atq; inde quo intenderat perueniret. Ex quo intelligi potest: veteres quoq; homines ante diluuium nō primogēi

tos sed eos fuisse commemoratos: per quos ordo succedentium generationis ad noe patriarcham duceretur: ne serie pubertatis illorum obscura non necessaria questio nos fatiget.

De iure coniugioꝝ: q̄ dissimiliter a subsequētibꝫ matronis hūerint p̄ma connubia. c. xvi.

De tribus excellentioribus gentium regnis quorum. scilicet assyriorum iam abram sub

limius eminebat. c. xvij.

Et idem tempus eminentia erant regna gentium: in quibus terrigenarum ciuitas hoc est societas hominum summo hominem uiuentium: sub dominatu angelorum desertorum insignius exercebat: regna uidelicet tria: sicyoniorum: egyptiorum: assyriorum: sed assyriorum multo erat potentius atque sublimius. nam rex ille ninus belli filius excepta india uniuersae asie populos subiugauerat. Asiam uero dico non illam partem quam huius maioris asie una prouincia est: sed eam quam uniuersa asia nuncupatur: quam quidam in alteram duarum: plerique autem in tertiam totius orbis partem posuerunt ut sint omnes: asia: europa: et africa: quod non equali diuisione fecerunt. Namque ista quam asia nuncupatur: a meridie per orientem usque ad septentrionem peruenit europa uero a septentrione usque ad occidentem: atque in africa ab occidente usque ad meridiem. Unde uidentur orbem dimidium due tenere: europa et africa: aliud uero dimidium sola asia. Sed ideo ille due partes facte sunt: quia inter utramque ab oceano ingreditur quicquid aquarum terras interluit: et hoc mare magnum nobis facit. Quapropter si in duas partes orbem diuidas orientis et occidentis: asia erit in una: in altera uero europa et africa. Quamobrem unum trium regnorum quae tunc precelebant regnum. scilicet sicyoniorum non erat sub assyriis: quia in europa erat: Egyptiorum autem quomodo eis non subiacebat: a quibus tota asia tenebatur: solis indies ut perhibetur exceptis in assyria igitur preualuerat dominatio imperie ciuitatis. Huius caput erat illa babilon cuius terrigene ciuitatis nomen aptissimum est. scilicet confusio. Ibi autem ninus regnabat post mortem patris sui belli: qui primus illic ignauerat sexaginta quinque annos. Filius uero eius ninus qui defuncto patri successit in regnum

quinquaginta duos regnavit annos. Et habebat in regno quadragintatres annos quoniam natus est abraam: qui erat annorum circiter millesimus ducentessimus ante conditam romam: veluti alteram in occidentem babyloniam.

De itato alloquio dei ad abraam quod ei et semini eius chanaan terra promittitur. c. xvij.

egressus est ergo abraam de charra septuagesimo quinto anno etatis sue: centesimo autem quadagesimo et quinto patris sui cum loth filio suis sui et sara coniuge: et preiit in terram chanaan et peruenit usque ad sychem: ubi rursus divinum accepit oraculum: de quo ita scriptum est. Et apparuit dominus abrae et dixit illi semini tuo dabo terram hanc. Nihil hic de illo semine eius promissum est. in quo patris factus est omnium gentium: sed de illo solo de quo pater est vnus israelitice gentis. Ab hoc enim semine terra illa possessa est.

De sare pudicitia in egypto per dominum custodita: quod abraam non uxorem suam esse dixerat: sed sororem. c. xix.

d. Eiusdem edificato ibi altari et in nouato deo abraam profectus est in: et habitauit in heremo: atque in ire in egyptum famis necessitate compulsus est: ubi uxorem suam dixit sororem suam nihil mentitus. Erat. n. et hoc quod propinqua erat sanguine: sicut etiam loth eadem propinquitate cum suis eius esset filius frater eius est dictus. Itaque uxorem tacuit non negauit: coniugis tuendam pudicitiam committens deo: et humanas cauens insidias ut homo. Quoniam si periculum quantum cauere poterat non caueret: magis tentaret deum quam speraret in deo. De qua re per calumniantem fastum manicheum satis diximus. Denique factum est quod de domino presumpsit abra

am. Non pharao rex egypti qui eam sibi uxorem acceperat: grauiter afflictus marito reddidit. Ubi absit ut credamus alieno concubitu fuisse pollutam. Quod mirum credibile hoc pharaonem facere afflictio magnis non fuisse permittit.

De secessione loth et abrae: quod illis salua caritate complacuit. c. xx.

reuerfo igitur abra ex egypto in locum ubi venerat: tunc loth frater filius ab illo in terram sodomorum salua caritate discessit: Diuites quippe facti erant pastoresque multos pecorum habere ceperant: quibus inter se rixantibus eo modo familiarum suarum pugnantem discordiam uitauerunt. Poterat quippe hic ut sunt humana et iter ipsos aliqua rixa consurgere. Proinde hoc malum precauentis abrae uerba ista sunt ad loth. Non sit rixa inter me et te: et inter pastores meos et tuos: quod omnes nos fratres sumus. Nam ecce tota terra ante te est: discede amice. Si tu in sinistram ego in dextram: vel si tu in dextram: ego in sinistram. Hinc fortassis effecta est inter homines pacifica consuetudo: ut quoniam terrenorum aliquid partiendum est: maior diuidat: minor eligat.

De tetra promissione dei qua terra chanaan abrae et semini eius in perpetuum pollicetur. c. xxi.

c. Um ergo disgressi essent separatim quod habitaret abra et loth: necessitate sustentande familie non feditate discordie: et abraam in terra chanaan: loth autem esset in sodomis: oraculo tertio dixit dominus ad abraam. Respicies oculis tuis uide a loco in quo nunc tu es ad iordanem et africanam et orientem et mare: quod omnia terram quam tu uides tibi dabo et semini tuo usque in seculum et faciam semini tuum tantam arenam sicut arenae: si poterit aliquis dinumerare arenam in

⁊ semen tuū dīnumerābitur. Surgēs
 perambula terram in longitūdīnē ei⁹:
 ⁊ in latitūdīnē ei⁹: q̄ tibi dabo eam:
 In hac promissīōne utrū sit etiā illa
 qua pater factus ē dīum gētīū: nō edī
 dēter apparet: Potest. n. videri ad hoc
 pertinere: ⁊ faciam semen tuum tanq̄
 arenam terre: quod ea locutione dēm
 est quam greci dicunt hyperbolen: q̄
 vtiq̄ tropica est non propria quo t̄m
 modo vt ceteris tropis vti solē scrip^a
 turā nullus qui eam didicit ambigit.
 Iste aut tropus. i. mod⁹ locutiōis sit:
 q̄n̄ id quod dicitur longe est amplius
 q̄ quod eo dicto significatur. Quis e
 nīm non videat: q̄ sit icomparabiliter
 amplior arene numerus: q̄ potest esse
 dīū hōīnū ab ipso adam vsq̄ ad fīnī
 num seculi: Quanto ergo magis q̄ se
 men abrae: non solum q̄ pertinet ad
 israeliticam gentem: verū etiam q̄ fu
 turū est secundum imitationem fidei
 toto orbe terrarum in omnibus genti
 bus. Q̄b semen. s. abrae i cōparatiōe
 multitudinis: ip̄oz profecto i paucis
 ē: q̄ quis ⁊ ipsi pauci faciant inūerabilē
 multitudīnē suā: que significata ē fm
 hyperbolen per arenam terre. Sane
 ista mltitudo q̄ promittitur abrae: nō
 deo ē innumerabilis sed hōībus: deo
 autem nec arena terre. Proīn q̄ non
 tantam gens israelitica sed vnīuersaz
 semen abrae: vbi est expressa pmissio
 non secundum carnem sed secundum
 sp̄ritum plurimozum filiozum: con
 gruētius arene multitudīni compa
 ratur potest hic intelligi vt iteretur p̄
 us facta promissio. Sed ideo dixim⁹
 q̄ non euidenter appareat: quia ⁊ illi
 us gentis vnīus multitudo que secun
 dum carnem nata est ex abraham: per
 eius nepotem iacob in tantum creuit
 vt pene omnes partes orbis impleue
 rit. Et ideo potuit ⁊ ipsa secundū hyp
 bolen arene multitudīni comparari:
 quia ⁊ hec sola innumera ē homīni ml

titudo: terram certe solam significatā
 que appellata ē chanaan nemo ambi
 bigit. Sed quod dictum est tibi dabo
 eam ⁊ semini tuo vsq̄ in seculum: po
 test mouē n̄nullos: si vsq̄ in seculum i
 telligant in eternā. Si aut in seculum
 hoc loco sic accipiant quēadmodum
 fideliter tenem⁹: inītiū futuri seculi a fi
 ne p̄ntis ordiri: nihil eos mouebit q̄
 ⁊ si expulsi sunt israelite de hierosoly
 mis: manent tamen in alijs ciuitatib⁹
 tre chanaā: ⁊ vsq̄ i finē māebāt: ⁊ vni
 vsa terra illa cū a christiāis inhātur
 ēt ip̄sum semen ē abrae.

De superatis ab abraā hostib⁹ so
 domoz: q̄n̄ loth de captiuitate eripu
 it: ⁊ a melchisedec sacerdote benedict⁹
 est. c. xxxj.

h De r̄n̄so pmissiois accepto mī
 grauit abraham ⁊ mansit i alio
 eiusdē terre loco. i. iuxta quercū mam
 bre q̄ erat ebion. Deinde ab hostibus q̄
 sodomis irruerāt: cū quinq̄ reges ad
 uersus quatuor bellum gererent ⁊ vic
 tis sodomitis etiam loth capt⁹ eēt li
 berauit eum abraham adductis secum
 in prelium trecentis decē ⁊ octo verna
 cul suis: ⁊ victoriam fecit de regib⁹ so
 domoz: nihilq̄ spoliōzū auferre vo
 luit: cū rex cui uicerat obtulisset. Sed
 plane tunc benedict⁹ ē a melchisedec
 qui erat sacerdos dei excelsi: de quo i
 ep̄stola que inscribitur ad hebreos:
 quam plures pauli apostoli esse d̄nt:
 quidam vero negant: multa ⁊ magna
 conscripta sunt. Ibi quippe primū ap
 paruit sacrificium: quod nūc a christi
 anis offert deo toto orbe terraz: iplet
 q̄ illud q̄ longe post hoc factum per
 prophetam dicitur ad christum q̄ fue
 rat adhuc venturus in carne: t̄ es sa
 cerdos in eternum fm ordinē melchī
 sedec: non scilicet secundum ordinem
 aaron qui ordo fuerat auferendus:

illucescētibus rebus que illis umbris prenotabantur.

De verbo dñi ad abraā: quo ei promittitur secundum multitudinem stellarū multiplicanda posteritas: quod credens iustificatus ē adhuc i pputio cōstitutus. c. xxiij.

Et iam tē fēz ē vbu dñi ad abram i visu. Qui cū ei protectiōez mercedēz pmittēt valde multā: ille dō posteritate sollicitus quendam eliezer vernaculum suum futurum sibi dixit heredem. Cōtinuoqz illi pmissus est heres: nō ille vernaculus sed qui de ipō abraam fuerat exiit: zursusqz semē inūerabile nō sicut arena terre s; sicut stelle celi: vbi mibi magis videt pmissa posteritas celesti felicitate sblimis. Nā quantū ad multitudiez ptinet: qd sunt stelle celi ad arenam ēre: nisi qz z istam cōparationē in tm̄ eē silez dicat: in quantū ēt stelle dinumerari non valent: quia nec omnes eas videri posse credendū ē. Nam quanto quisqz acutius intuetur: tanto plures videt. Un̄ z accerrime cernētibus aliquas occultas eē merito existimat: exceptis eis si derib⁹ q̄ in alia parte orbis a nobis z motissima oziri z occidere perhibent. Postremo quicunqz vniuersū stellarū numerū cōprehēdisse z p̄scripsisse iactantur: sicut aratus z eudoxius: z si q̄ alij sunt: eos libri huius cōtēnit auctoritas. Dic sane illa sn̄ia ponit cuius ap̄ls meminit ppter dei grām cōmendandā. Credidit. abraā deo z reputatū ē illi ad iustitiā: ne circūcisio glia res gentesqz incircūcisas ad fidē christi noller admitti. Hoc. n. qñ factū est vt credenti abrae deputaret fides ad iustitiā: nondū fuerat circūcisus.

De significatione sacrificij qd abram offerre pcept⁹ ē: cū popo: scisset: vt

de his q̄ credē docēt. c. xxiij.

In eodē visu cū loquētur ei de u: ēt hoc ait ad illū. Ego deus qui te eduxi de regione caldeoꝝ: vt dē tibi terrā hanc vt heres sis eius. Ubi cum interrogasset abram fm̄ quid sciret q̄ heres eius erit: dixit illi de⁹: Accipe mibi iuuenā trimā: z capram trimā z arietem trimām: z turturem z colūmbam. Accepit autē ille hec omnia diuisit illa media: z posuit ea contra faciem alteꝝ alteri. Aues autē non diuisit. Et descenderūt sicut scriptum est aues: z sederūt super corpora q̄ diuisa erant: z concedit illis abraā. Circa solis autē occasū pauor irruit super abraā z ecce timor tenebrosus magn⁹ incidit ei. Et dictū est ad abraam. Sciendo scias quia peregrinum erit semē tuum in terra non propria: z i seruitutem redigent eos z affligent eos quadringentis annis: gentē autē cui seruerint iudicabo ego. Post hec vero exibant hinc cum supellectile multa. Tu autē ibis ad patres tuos cuz pace: nutritus in senecta bona. Quarta vero generatiōe cōuertēt se huc. Nondum .n. impleta sunt peccata amozeoꝝ vsqz adhuc. Cū autem iā sol erat ad occasū: facta ē flamma: z ecce fornax fumabunda z lapades ignis: que p̄transierūt per media diuisa illa. In die illa disposuit dominus deus testamentuz ad abraam dicens: semini tuo dabo terram hāc a flumie egypti vsqz ad flumē magnuz euphratē: ceneos z cenezeos: z cethmoneos z cetheos: z perezeos z raphaim: z amozeos z cananeos: z euos z gergeseos z iebuseos. Hec oīnia in uisu facta diuinitus atqz dicta sunt: de quibus singulis enucleate disferere longum est: z intentionem operis huius excedit. Quod ergo satis est nosse debemus: posteaqz dicta: est credidisse abraam z deo deputatum

esse illi ad iustitiam: non eum in fide d̄ fecisse: vt dicēt dñator dñe fm̄ quid sciam q̄ heres eius ero. Terre quippe illius promissa erat hereditas. Non. n. ait vnde sciam quasi adhuc non crederet: sed ait secundum quid sciam: ut ei rei quam crediderat aliqua similitudo adhiberetur: qua eius mod⁹ agnosceretur. Sicut nō est virginis marie diffidentia q̄ ait: quomodo fiet istud qm̄ virum non cognosco. Quod enim futurum esse certa erat: modum quo fieret inquirebat. Et hoc cuz quæsisset audiuit spirit⁹ sanctus superueniet in te: virtus altissimi obumbrabit tibi. Dēi q̄ et hic similitudo data est de tribus animalibus: iuuenca: capra et ariete: et duabus volucribus turture et colūba: vt secundum hec futuruz sciret qd̄ futuruz esse iā non ambigeret. Siue ergo per iuuenca significata sit plebs posita s̄b iugo legis p̄ capra eadē plebs ēt peccat⁹ fut⁹a per arietē eadē plebs etiā regnatura: que animalia propterea trima dicuntur: quia cuz sint insignes articuli temporū ab adā vsq̄ ad noe: et inde vsq̄ ad abraā: et inde usq̄ ad dauid: qui reprobato saule primus in regno gentis israelitice est domini voluntate fundatus in hoc ordine tertio q̄ tenditur ex abraam vsq̄ ad dauid: ita q̄ tertiam etatem gerens ille populus adoleuit: siue aliquid aliud conuenientius ista significant nullo modo tamē dubitauerim sp̄uales in ea typos prefiguratos additamento turturis et colūbe. Et ideo dictū est aues autē non diuisit quoniam carnales inter se diuiduntur: spirituales autē nullo modo siue a negotiosis conuersationib⁹ hominum se imoueant sicut turtur: siue inter illas degāt sicut colūba. Utraq̄ tamen avis est simplex et innoxia: significans et in illo israelitico populo cui ēra illa danda erat: futuros idiuinos filios promissionis et heredes regni in

eterna felicitate mansuros. Aues autē descendentes super corpora que diuisa erāt: nō boni aliquid sed sp̄s indicāt aeris huius partū quendā suum d̄ carnalium diuisione querentes. Qd̄ autē illis cōcedit abraā: significat et inter illas carnaliū diuisiones sp̄uales eē nō nullos veros vsq̄ in finem seculi p̄seueraturos fideles. Et circa solis occasum q̄ pauor irruit i abraam et timor tenebrosus magnus significat circa huius seculi finem magnā perturbationē ac tribulationē futurā fidelīuz: d̄ q̄ dñs dixit in euangelio. Erit. n. tunc tribulatio magna qual̄ nō fuit ab initio. Qd̄ vō dictū ē ad abraā: sciēdo scias qz peregrinū erit semen tuuz in terra nō ppria: et in fuitatē redigēt eos et affligent eos quadringentis ānis d̄ populo israel q̄ fuerat in egypto fuitur⁹ apertissime prophetatū ē. Nō q̄ i eadem seruitute sub egyptiis affligētib⁹ quadringentos annos ille populus fuerat peractur⁹: s̄ in ipsis quadrigētis ānis p̄nūciatū est hoc futuruz. Quēadmodū. n. scriptū ē de thare p̄re abrae et fuerunt dies thare in charra q̄nqz et ducētī āni: nō qz ibi omnes acti sūt sed qz ibi completi sunt: ita et hic propterea it̄positū est et in seruitutem redigent eos: et affligent eos quadringentis ānis: qm̄ iste numerus in eadem afflictione cōpletus ē: nō qz ibi vnīuersus perfect⁹ est. Quadringenti sane dicuntur āni p̄pter numeri plenitudinem: quous alio quanto amplius sint: siue ex hoc tempore cōputent̄ quo ista p̄mittebat̄ abrae siue ex quo natus est isaac p̄pter semen abrae de quo ista predicū. Et cōputat̄ enim sicut superius iā dixim⁹ ab anno septuagesimo et q̄nto abrae: quando ad eū facta est prima p̄missio vsq̄ ad exituz israel ex egypto quadrigētī et triginta āni: quozū apostol⁹ ita meminit. Hoc autē inquit testamētuz et firmatū a d̄o: q̄ post quadringentos et

triginta annos ē sc̄a lex: non ifirmata ad euacuandam p̄missionē. Jaz ergo isti quadrigēti ⁊ ēginta āni: quadrigēti poterant nuncupari: q̄ non sunt m̄to āplius. Quanto magis cū aliquot iā ex isto numero preterissēt: qm̄ illa ī visu demonstrata ⁊ dicta sunt abraē: v̄l quando isaac natus est centenario p̄i suo a p̄ria p̄missione p̄ viginti quōq; annos: cum iāz ex istis quadringentis ⁊ ēginta: quadrigēti ⁊ quōq; remanēt: quos deus quadringentos voluit noīare. ⁊ cetera que sequuntur in verbis p̄nunciantes dei: nullus dubitauerit ad israeliticum populum pertinere. Qd̄ vero cū adiungitur euz aut̄ sol erat ad occasum flamma facta ē: ⁊ ecce fornax fumabunda ⁊ lampades ignis q̄ transierunt per media diuisa illa: significat iam in fine seculi per ignē iudicādos eē carnales. Sicut eim̄ afflictio ciuitatis dei qualis antea nunq̄ fuit q̄ s̄b antichristo futura speratur: significatur tenebroso timore abraē circa solis occasum id est propinquante iam fine seculi: sic ad solis occasuz. i. ad ipsū iam fine seculi significatur isto igne dies iudicij: dirimens carnales p̄ ignē saluandos: ⁊ in igne damnandos. De inde testamentum factum ad abraam terrā chanaan proprie manifestat: et nominat in ea v̄ndeciz gentes a flumine egypti vsq; ad flum̄ magnū euphraten. Non ergo a flumine magno egypti hoc est nilo: sed a paruo quod diuidit inter egyptum ⁊ palestinaz vbi est ciuitas rycocura.

De agar ancilla sare quam eadē sara abraē voluit eē concubinā. c. xxv.

i Am hic t̄p̄a cōsequūt filioz abraē: vnius de agar ancilla: aliius de sara libera: de qb̄ in libro superiore iam diximus. Quod autē attinet ad rez gestaz: nullo modo est inferen-

duz de hac concubina crīmen abraē. Usus est ea quippe ad generandaz p̄lem non ad explendam libidinem: nec insultans sed potius obediens ⁊ iugis: que sue sterilitati credidit esse solatiuz si fecundā ancille vterum quoniā natura non poterat voluntate faceret suum: ⁊ eo iure quo dicit apostolus similiter ⁊ vir non habet potestare v̄t corpus sui sed mulier. vtens mulier ad pariendū ex altera quod non poterat ex seipso. Nulla est hic cupido lasciuie nlla neq̄tie turpitudine. Ab uxō causa prolis ancilla marito traditur: a marito causa prolis accipitur: ab vtroq; n̄ culpe luxus: s̄z nature fructus exq̄rit. Deniq; cum ancilla grauida dñe sterili superbiret: ⁊ hoc sara suspitiōe m̄l̄bri viro potius iputaret: etiam ibi demonstrauit abraaz non se amatorem serui: sed liberū fuisse se genitorē: ⁊ i agar sare cōiugi pudicitia custodisse: nec voluptatem suā sed voluntatē illius impleuisse: accepisse nec petisse: accessisse nec helisse: seīnasse nec amasse. At enim ecce ancilla tua ī manib⁹ tuis: vtere ea quō tibi placuerit. O virū viriliter vtentem feminis: ⁊ iuge tēperāter: ancilla obtēperāt: nlla itēperāt.

De testificatione ad abraā: qua eī dē seni de sterili sara filiū sponddit: partēq; euz gētū statuit ⁊ promissū si des sacramento circuncisionis obīgnatur. c. xxvi.

p Ost hec nat⁹ est ismael ex agar in quo putare posset ipletū qd̄ eī promissū fuerat: euz sibi vernaculū suū adoptare voluisset: dicente deo n̄ erit heres tuus hic: sed qui exiet d̄ te: ille erit heres tuus. Hoc ergo p̄missū ne in ancille filio putaret ipletuz: iā cū esset annorum nonaginta ⁊ nouem apparuit eī dominus ⁊ dixit illi. Ego sum deus: place in p̄spectu meo ⁊ esto

sine querela: et ponam testamentum meum in te et inter te: et implebo te valde. Et percipit abraam in facie sua: et locutus est illi deus dicens. Ecce ego et ecce testamentum meum tecum: et eris pater multitudinis gentium: et non appellabitur nomen tuum adhuc abraam: sed erit nomen tuum abraam: qui partem multarum gentium constitui te. Et augebo te valde: et ponam te in gentes: et reges ex te eribunt. Et statuam testamentum meum inter me et te: et inter semen tuum post te in generationes eorum in testamentum eternum: ut sicut et deus et semini tuo post te. Et dabo tibi et semini tuo post te terram in qua incolam es: omnem terram chanaan in possessionem eternam: et ero illi deus. Et dixit deus ad abraam. Tu autem testamentum meum seruabis: tu et semen tuum post te in progenies suas: Et hoc est testamentum meum quod conseruabitis inter me et vos et inter semen tuum post te in generationes suas. Circumcidetis de vestrum masculinum: et circumcidetis carnem preputij vestri: et erit in signum testamenti inter me et vos. Et puer octo die ex circumcidetur: et vestrum omne masculinum in progenies vestras. Vernaculus et emptitius ab omni filio alienigena qui non est de semine tuo: circumfione circumcidetur: et vernaculus domus tue et emptitius. Et erit testamentum meum in carne vestra in testamentum eternum: et qui non fuerit circumfusus masculus: qui non circumcidet carnem preputij sui octauo die: interibit anima illa de genere eius quia testamentum meum dissipauit. Et dixit deus ad abraam. Sara uxor tua non appellabitur nomen eius sarai: sed sara erit nomen eius. Benedicam autem illam et dabo tibi ex ea filium: et benedicam illum et erit nationes: et reges gentium ex eo erunt: et percipit abraam super faciem suam et risit: et dixit in animo suo dicens. Si mihi centum annos habenti nascetur filius:

et si sara annorum nonaginta pariet: Dicit autem abraam ad deum ismael hic uiuat in conspectu tuo. Deus autem dixit ad abraam ita ecce sara uxor tua pariet tibi filium: et uocabis nomen eius isaac: et statuam testamentum meum ad illum in testamentum eternum: ut sicut tibi deus et semini eius post illum dem ismael autem ecce audiuisti te. Ecce benedixi eum et ampliabo et multiplicabo illum ualde. Duodecim gentes generabit: et dabo illum in magnam gentem. Testamentum autem meum statuam ad isaac: quem pariet tibi sara in tempore hoc ad annus sequentem. Hic apertiora promissa sunt de uocatione gentium in isaac. id est in filo promissionis: quo significatur gratia non natura: quia de sene et de anu sterili promittitur filius. Quauis enim et naturalem procreationis: excursum deus operetur: ubi tamen euidentis opus dei est uitiata et cessante natura: ibi euidentius intelligitur gratia. Et quia hoc non per generationem sed per regenerationem futurum erat: ideo nunc imperata est circumfio quando de sara promissus est filius. Et quod omnes non solum filios: uerum etiam seruos uernaculos et emptitios circumfidi iuber: ad omnes istam gratiam pertinere testatur. Quid enim aliud circumfio significat: quam uetustate exuta naturam renouatam. Et quid aliud quam christum octauus dies: qui in hebdomade completa: hoc est post sabbatum resurrexit: Parentum mutantur et nomina: omnia resonant nouitate: et in testamento ueteri obubratur nouum. Quid est enim quod dicitur testamentum uetus: nisi noui occultatio: Et quid est aliud quod dicitur nouus nisi ueteris reuelatio: Risus abrae exultatio est gratulantis: non irrisio diffidentis. Verba quoque eius illa in animo suo: si mihi centum annos habenti nascetur filius: et si sara annorum nonaginta pariet: non sunt

dubitantis sed admirātis. Si quē vō mouet quod dictum est: et dabo tibi et semini tuo post te terram in qua tu incolas: omnem terram chanaan in possessionem eternam. quomodo accipitur impletū siue adhuc expectetur impletum: cuius possessio quecumq; terrena eterna cuilibet genti esse non possit: sciat eternuz a nostris interpretari quōd greci appellant aeomon: quod a seculo deriuatū est. Aeon quippe grece seculum nuncupatur. Sed non sunt ausi latini hoc dicere seculare: ne longe in aliud mitterent sensum. Secularia quippe dicuntur multa que in hoc seculo sic aguntur: vt breui etiam tpe transeant. Aeon autem quod dicitur aut non habet finem: aut vsq; in huius seculi tenditur finem.

De masculo qui si octauo die non fuerit circumcissus perit aia eius: quia testamentum dei dissipauit. c. xxvii.

i Tem pot mouē quō intelligi oporteat quod hic dictuz est masculus qui non circumcidet carnem preputij sui octauo die interibit anima illa de genere suo: quia testamentū meū dissipauit: cum hec nulla culpa sit paruuli cuius dixit animaz periturā nec ipse dissipauerit testamentum dei sed maiores qui euz circumcidere non curauerunt: nisi quia etiaz paruuli nō secundum sue vite proprietatem: sed secundum communes generis humani originez omnes in illo vno testamento dei dissipauerunt: in quo omnes peccauerunt. Multa quippe appellantur testamenta dei exceptis illis duobus magnis vetere et nouo: quod licet cuiq; legendo cognoscere. Testamentum autem primuz quod factuz est ad homines primuz profecto illud ē. Quā die ederitis morte morietini. Vñ scriptum est in libro qui ecclesiasticus ap-

pellatur. Omnis caro sicut vestis veterascet. Testatū est ergo a seculo morte mori eos qui transgrediuntur precepta dei. Cū enim lex euidentior post ea data sit: et dicat apostolus vbi autē non est lex nec preuaricatio: quo pacto in psalmo quod legitur verum est: preuaricatores existimaui omnes peccatores terre: nisi quia omnes legis alicuius preuaricate sunt rei: qui aliquo peccato tenentur obstricti. Quā obres si etiaz paruuli quod vera fides habet nascuntur non proprie sed originalitē peccatores: vnde illis gratiam remissionis peccatoz necessariā confitemur: profecto eo modo quo sūt peccatores: et preuaricatores legis illius que in paradiso data est agnoscuntur vt veruz sit vtrunq; quod scriptum ē: et preuaricatores existimaui omnes peccatores terre: et vbi lex nō est: nec preuaricatio. Ac per hoc quia circumcisio signum regenerationis fuit non imerito paruulum propter originale peccatuz quo primum dei dissipatum est testamentū generatio disperdet: nisi regeneratio liberet. Sed intelligenda sunt hec verba diuina tanq; dictuz sit: qui non fuerit regeneratus interibit anima illa de genere eius: quia testamentū dei dissipauit quando in adā cuius omnibus etiaz ipse peccauit. Si enim dixisset quia hoc testamentuz meū dissipauit non nisi de ista circumcissione intelligi cogeret. Nunc vero quoniam non expressit cuiusmodi testamentuz paruulus dissipauerit: liberum est intelligere de illo testamento dictū cuius dissipatio pertinē possit ad paruulū. Si autē quisq; hoc non nisi de ista circumcissione dictuz esse contendit: q; in ea testamento dei qui non est circumcissus dissipauerit paruulus: quā erat locutionis aliquez modū quo non absurde possit intelligi: ideo dissipasse testamentuz: quia lz nō ab illo tamen in illo ē dissipatū.

Verum sic quoque animaduertendum est nulla in se negligentia sua iuste interire incircumcisi animam paruuli: nisi si originalis obligatione peccati.

De comatatione nominum abrae et sare quod cum ob unius sterilitatem ob utrumque autem senectutem generare non possent: munus fecunditatis adepti sunt. c. xxviij.

f Acta igitur promissione tam magna tamque lucida ad abraam: cui euidenter dictum est preem multarum gentium posui te et augebo te valde et ponam in te gentes: et reges exibunt ex te: et dabo tibi ex sara filios: et benedicam illi et erit in nationes: et reges gentium ex eo erunt: quam promissionem nunc in christo cernimus reddi: ex illo deiceps illi coniuges non vocantur in scripturis sicut antea vocabantur abraam et sara: sed sicut nos eos ab initio vocauimus quoniam sic iam vocantur ab omnibus abraam et sara. Cur autem mutatum sit nomen abrae: reddita est ratio: quia patres inquit multarum gentium posui te. Hoc ergo significare intelligendum est abraam. Abram vero quod ante vocabatur interpretatur pater excelsus. De nomine autem mutato sare non est reddita ratio. Sed sicut aiunt qui scripserunt interpretationes nominum hebreorum que his litteris sacris continentur. Sara interpretatur princeps in ea. Sara autem virgo. Unde scriptum est in epistola ad hebreos: fide et ipsa sara virginitatem accepit ad emissionem seminis. Ambo autem senes erant sicut scriptura testatur: sed illa etiam sterilis et liquore menstruo iam destituta: propter quod iam parere non possent: et si sterilis non fuisset. Porro si femina ita sit profectionis etatis ut ei solita mulierum adhuc fluant: de iunene parere potest: de seniore non potest: quousque ad huc possit ille senior: sed bene adolefcentula

gignere: sicut abraam post mortem sare de cethura potuit: quia viuida et inuenit etatem. Hoc ergo est quod mirum commendat apostolus: et ad hoc dicit abrae iam fuisse corpus emortuum: quoniam non ex omni femina sed ex ea cui esset adhuc aliquod parienti tempus extremum: generare ipse in illa etate adhuc posset. Ad aliquid enim emortuum corpus eius intelligere debemus: non ad omnia. Nam senectus viui non iam cadauer est mortui. Quousque sit sic solui debeat ista questio: quod de cethura postea genuit abraam: quia donum gignendi quod a domino accepit etiam post obitum mansit uxoris. Sed propterea mihi videtur illa quae secuti sumus rationis huius solutio preferenda: quia centenarius quidam senex sed temporis nostri de nulla potest femina gignere: non tunc quidem quoniam adhuc tardiu uiuebant ut centum anni nondum facerent hominem decrepitem senectutis.

De tribus uiris vel angelis: in quibus ad quercum membris apparuisse abrae dominus manifestatur. c. xxx.

i Tem deus apparuit abrae ad quercum membris in tribus uiris quos dubitandum non est angelos fuisse: quousque uis quidam existiment unum in eis fuisse dominum christum: asserentes etiam ante indumentum carnis fuisse uisibilem: esse quod diuine potestatis inuisibilis incorporealis incommutabilisque nature sine ulla sui mutatione est mortalibus aspectibus apparere: non per id quod est sed per aliquid quod sibi subditum est. Quid autem illi subditum non est. Veruntamen si propterea confirmant horum trium aliquem fuisse christum: qui cum tres uisus differt ad dominum singulariter est locutus. sic enim scriptum est: et ecce tres uiri stabant super eum: et uides percurrere

obuiam illis ab hostio tabernaculi sui: et adorauit super frax et dixit. Domine si inueni gratiam ante te: et cetera: cum non est illud aduertunt: duos ex eis uenisse ut sodomite delerentur: cum adhuc abraham ad unum loqueretur dominus appellatus: et intercedens ne sit iustum cum ipso in sodomis perderet illos autem duos sic suscepit loth ut etiam ipse in colloquio suo cum illis singulariter dominus appellaret. Nam cum eis pluraliter dixisset ecce domini declinate in domum pueri vestri: et cetera que ibi dicuntur: postea cum ita legitur. Et tenuerunt angeli manum eius et manum uxoris eius: et manus duarum filiarum eius eo quod dominus parceret illi. Et factum est mox ut eduxerit illum foras: dixerunt. Saluam fac animam tuam. Ne respexeris retro: nec steteris in tota regione. In monte saluum te fac: ne quando comprehendaris. Dixit autem loth ad illos. Oro domine quia inuenit puer tuus misericordiam ante te: et que sequuntur. Deinde post hec uerba singulariter illi respondit dominus: cum in duobus angelis est dicens. Ecce misertus sum faciem tuam et cetera. Unde multo est credibilis quod et abraham in tribus et loth in duobus uiris dominum agnoscebant cui per singularem numerum loquebantur: etiam cum eos homines esse arbitrentur. Neque enim aliam ob causam sic eos susceperunt: ut tanquam moralibus et humana refectione indigentibus ministrarent. Sed erat profecto aliquid quo ita excelebant licet tanquam homines ut in eis esse dominum sicut esse assolet in prophetis: hi qui hospitalitatem illis exhibebant dubitare non possent: atque ideo et ipsos aliquando pluraliter ut dominos: aliquando singulariter: ut in eis dominum appellabant. Angelos autem fuisse scriptura testatur: nec solum in hoc genesis libro ubi hec gesta narrantur: uerum etiam in epistola ad he

breos ubi cum hospitalitas laudaret: hanc inquit etiam quidam nescientes hospitio receperunt angelos. Per illos igitur tres viros cum rursus filius isaac de sara promitteret abrahe diuinitus datum est et tale responsum ut diceretur abrahe: erit in magnam gentem et multam: et benedicentur in eo omnes gentes terre. Et hic duo illa breuissime plenissimeque promissa sunt: gens israel secundum carnem: et omnes gentes secundum fidem.

De loth a sodomis liberato: atque eius de celesti igne suspensus: et de abimelech cuius concupiscentia castitati sara nocere non potuit. c. xxx.

Post hanc promissionem liberato de sodomis loth: et ueniente igneo imbore de celo: tota illa regio ipse ciuitatis in cinerem uersa est: ubi stupra in masculos in tantam consuetudinem ualuerat: quantum leges solent aliorum factorum prebere leniam. Verum et hoc eorum supplicium specimen futuri iudicii diuini fuit. Nam ad quid pertinet quod prohibiti sunt qui liberabantur ab angelis retro respicere: nisi quia non est animo redeundum ad ueterem uitam quae per gratiam regenerati exuimus: si uelutimum iudicium euadere cogitamus. Deique uxor loth ubi respexit remansit: et in salē conuersa hominibus fidelibus quoddam prestitit condimentum: quo sapiat aliquid uel illud caueatur exemplum. Inde rursus abrahe fecit in geraris a pud regem ciuitatis illius abimelech: quod in egypto de coniuge fecerat eius tacta sibi reddita est. Ubi sane abrahe obiurganti se regi cur tacuisset uxorem sororemque dixisset: aperiens quid tuerit etiam hoc addidit. Et. n. uere soror mea est de patre sed non de matre: quod de patre suo soror erat abrahe: de quo proprie qua eius erat: tante autem pulchritudinis fuit: ut etiam in illa erare posset

adamari.

De isaac fm promissionez nato: cuius nomen ex risu vtriusqz parētis est inditum. c. xxxi.

p Ost hec nat' ē abrae fm pmiffionem dei de sara filius: eunqz nominauit isaac: qđ interpretat' risus. Riserat enim ⁊ pater quando ei promissus est admirans ī gaudio: riterat ⁊ mater: quando per illos tres viros iterum promissus est dubitans ī gaudio. Quānis exprobande angelo qđ risus ille ēt si gaudij fuit: tamē plene fidei non fuit. Post ab eodez angelo ēt in fide confirmata ē. Ex hoc ergo puer nomen accepit. Nam qđ risus ille nō ad irridendum opprobrium: s; ad celebrandū gaudiū pertinebat nato isaac ⁊ eo nōme vocato. Sara monstrauit. At quippe: risū mihi fecit deus. Quicunqz enim audierit congaudebit mihi. Sed post aliquantū tēpus ancilla de domo eicitur cū filio suo: ⁊ dno illa fm aplūm testamēta significatur vetus ⁊ nouum: vbi sara illias superne hierusalem hoc est ciuitatis dei si guram gerit.

De obedientia ⁊ fide abrae: quā p oblationem immolandi filij pbat' ē: ⁊ de morte sare. c. xxxij.

i Nter hec que oīa cōmemorare nimis longum est: tētatur abraaz de imolando dilectissimo filio suo isaac: vt pia eius obedientia pbareretur secul' in notitiā proferenda non deo. Neqz enim oīs ē culpāda tentatio: qz ⁊ gratulanda ē qua fit pbatio. Et plerunqz aliter animus human' sibi ipsi inotescere nō pōt: nisi vires suas sibi nō verbo sed experimēto tentatione quodāmodo interrogante rñdeat: vbi si dei munus agnouerit: tunc pius est: tunc

solidatur firmitate gratie: non inflat inanitate iactantie. Nunq̄ sane credēt abraam qz victimis deus delectare: uz humanis: q̄uis diuino in tonate pcepto obediendum sit nō disputādū: verū tñ abraam confestim filiū cum fuisset imolatus: resurrectuz credidisse laudand' ē. Dixerat nanqz illi de': cū de ancilla ⁊ filio eius foras eijciendis voluntatem cōiugis nollet implē: ī isaac vocabitur tibi semen. Et certe ibi seq̄ ac dī. Filium autem ancille huius ut magnam gentem faciam: qz semen tuum ē. Quomodo ergo dictum est in isaac vocabitur tibi semen: cū ⁊ ismaelem deus semen eius vocauerit? Exponens aut' aplūs quid sit in isaac vocabitur tibi semen. i. inquit non qui filij carnis hi filij dei: sed filij promissionis deputantur in semine. Ac per hoc filij promissionis vt sint semen abrae ī isaac vocantur hoc est in christum uocante gratia congregantur. Hanc ergo promissionem pater pius fideliter tenens: quia per hunc oportebat impleri: quem deus iubebat occidi: non hesitauit qđ sibi reddi posat imolat': qui dari potuit non speratus. Sic intellectū est ⁊ ī epla ad hebreos ⁊ sic expositum. Fide inquit precessit abraaz in isaac tentat'. ⁊ vnicum obtulit qui pmiffiones suscepit: ad quem dictum est in isaac vocabitur tibi semen: cogitans: quia ⁊ ex mortuis excitare pōt deus. Proinde addidit. Pro hoc etiā eum ⁊ in similitudinem adduxit. Locus similitudinem nisi illum de quo dicit idem aplūs: qui proprio filio non pepercit: sed pro nobis onibus tradidit illum? Propterea ⁊ isaac sicut dominus crucem suā: ita sibi ligna ad uitime locum quibus fuerat iponendus ipse portauit. Postremo quia isaac occidi nō oportebat: posteaq̄ ē pater eū ferire prohibitus: quis erat ille aries quo immolato impletuz ē significatiuo

sanguine sacrificium? Nempe quoniam eum vidit abraham cornibus in frutice tenebatur. Quis ergo illo figurabatur nisi Iesus Christus antequam immolaretur spinis iudaicis coronatus? Sed diuina per angelum verba potius audiamus. At quippe scriptura. Et extendit abraham manum suam sumere macheraz ut occideret filium suum. Et vocauit illum angelus domini de celo: et dixit. Abraham. Ille autem dixit: ecce ego. Et dixit: ne iniurias manum tuam super puerum: neque facias illi quicquam. Nunc scivi quia times deum tuum: et non peccasti filio tuo dilecto propter me. Nunc scivi dictum est id est nunc sciri feci. Neque enim hoc si dum sciebat deus. Deinde ariete illo immolato pro Isaac filio suo: vocauit ut legitur abraham nomen loci illius dominus vidit: ut dicatur hodie in monte dominus apparuit. Sicut dictum est nunc scivi: pro eo quod est nunc sciri fecit: hic dominus vidit pro eo quod est dominus apparuit: hoc est videri se fecit. Et vocauit angelus domini abraham secundo de celo dicens. Per memetipsum iuravi dicit dominus: propter quod fecisti verbum hoc: et non pepercisti filio tuo dilecto propter me: nisi benedicens benedicam tibi: et multiplicans multiplicabo semen tuum sicut stellas celi: et tanquam arenam que est iuxta labium maris. Et hereditate possidebit semen tuum ciuitates aduersariorum suorum: et benedicentur in semine tuo omnes gentes terre: quia obaudiisti vocem meam. Hoc modo est illa de vocatione gentium in semine abrahe: post holocaustum quo significatus est Christus: etiam iuratione dei firmita promissio. Sepe enim promiserat sed nonquam iurauerat. Quid autem est dei veracis iuratio: nisi promissi confirmatio et infidelium quedam increpatio? Post hec Sara mortua est centesimo et vicesimo et septimo anno vite sue: centesimo autem et tricesimo septi-

mo vite sui. Decem quippe annis eam precedebat etate: sicut ipse quando sibi ex illa promissus est filius ait. Si mihi hi annorum centum nasceretur filius: et si Sara annorum nonaginta parieret. Tunc enim agruz abraam in quo sepeliuit uxorem. Tunc ergo secundum narrationem stephani in terra illa est collocatus: quoniam cepit ibi esse possessor: post mortem. scilicet patris sui: qui colligit annum biennium fuisse defunctus.

De rebecca nepte nachor: quam Isaac accepit uxorem. c. xxxiiij.

d Eiusdem rebecca nepte nachor parturii sui: cum annorum quadraginta esset Isaac duxit uxorem. scilicet centesimo et quadragesimo anno vite patris sui: et annis post mortem matris sue: ut antequam eam duceret: quoniam ab eius patre in mesopotamiam seruus missus est: quid aliud demonstratum est cum eidez seruo dixit abraham: pone manum tuam sub femore meo et adiuuabo te per dominum deum celi et dominum terre: ut non fueris uxor filio meo Isaac de filiabus chanaanorum nisi dominum celi et dominum terre in carne que ex illo femore traheretur fuisse venturum? Nunquid hec parua sunt prenunciata indicia veritatis: que compleri videmus in Christo?

Quid intelligendum sit in eo: quod abraham post mortem sare accepit uxorem cethuram. c. xxxiiij.

q Videtur autem sibi vult: quod abraham post mortem sare cethuram duxit uxorem? Ubi absit ut incontinentiam suspicemur: presertim in illa iam etate et in illa fidei sanctitate. An adhuc procreandi filij querebantur: cum iam deo promittente tanta multiplicatio filiorum ex Isaac: per stellas celi et arenam terre si de probatissima teneretur? Sed profec-

to si agar et ismael doctore apostolo significauerunt carnales veteris testamenti: cur non etiam cethura et filij eius significent carnales qui se ad testamentum nouum existimant pertinere? Ambe quippe et uxores abrahe et concubie se appellate: sara vero nunquam dicta est abrahe concubina: sed uxor tantum. Nam et quando data est agar abrahe ita scriptum est: et apprehendit sara uxor abraam agar egyptiam ancillam suam. post decem annos quam habitauerat abram in terra chanaan: et dedit eam abram suo uxor uxorem. De cethura autem quam pro obitum sare accepit sic legitur. Adhuc ens autem abraam assumpsit uxorem cui nomen cethura. Ecce ambe dicuntur uxores: ambe porro concubine fuisse reperiuntur: postea dicente scriptura. Dedit autem abraam omnem sensum suum isaac filio suo: et filijs concubinarum suarum dedit abram dona: et diuisit eos ab isaac filio suo adhuc se uiuo ad orientem in terra orientis. Hinc ergo nonnulla munera filij concubinarum in plaga orientis: sed non peruenerunt ad regnum promissum: nec heretici nec iudei carnales: quia presertim isaac nullus est heres: et non qui filij carnis heredes filij dei: sed filij promissionis deputantur in semine: de quo dictum est. In isaac uocabitur tibi semen. Neque enim uideo cur etiam cethura post uxoris mortem ducta: nisi propter hoc mysterium dicta sit concubina. Sed quisquis hec non uult in istis significationibus accipere: non calumnetur abrahe. Quid enim si et prouisum est contra hereticos futuros secundarum aduersarios nuptiarum ut in ipso patre multarum gentium pro obitum coniugis iterum coniugantur: demonstraretur non esse peccatum. Et mortuus est abraha cum esset annorum centum septuaginta quatuor. Annorum ergo septuaginta quatuor isaac dereliquit filium: quem centenarius genuit.

De geminis adhuc in utero rebecca matris inclusis quod indicauerit diuina responsio. c. xxxv.

i Am ex hoc quemadmodum per posteros abrahe ciuitatis dei percurrat terra uideamus? A primo igitur annorum uite isaac usque ad sexagesimum quo ei nati sunt filij: illud memorabile est: quod cum illi deum roganti ut pareret uxor ei que sterilis erat: concessisset dominus quod petebat atque haberet illa conceptum gestiebant gemini adhuc in utero eius inclusi. Qua molestia cum ageretur dominum interrogauit: accipiteque responsum due gentes in utero tuo sunt: et duo populi de ventre tuo separabuntur et populus populum superabit: et maior seruiet minori. Quod paulus apostolus magnus uult intelligi gratie documentum quia fidum illis natis nec aliquid agentibus boni seu mali sine ullis bonis meritis eligitur minor: maiore reprobato: quam proculdubio quantum attinet ad originale peccatum a bo pares erant: quantum autem ad proprium nullius eorum ullum erat. Sed nunc de hac re dicere aliquid latius instituti operis ratio non sinit. unde et in alijs etiam multa diximus. Quod autem dictum est maior seruiet minori: nemo fere nos trorum aliter intellexit: quam maiorem populum iudeorum minori populo christiano seruiturum. Et reuera quibus in gente idumeorum que nata est de maiore cui duo nomina erant: nam et esau uocabatur et edom: unde et idumei: hoc uideri possit impletum: quod postea superanda fuerat a populo qui ortus est ex minore id est israelitico: eius fuerat futura subiecta: tantum in aliquid maiorem intentam fuisse istam prophetiam que dictum est populus populum superabit: et maior seruiet minori conuenientius creditur. Et quid est hoc: nisi quod in iudeis et christianis euidenter impletur.

De oraculo et benedictione quã isaac non aliter quã pater ipsius merito eiusdem ac dilectione accepit. c. xxxvi.

a *Accipit et Isaac ora calu tle: quale aliquotiens pater eius accepit de quo oraculo sic scriptum est. Facta est autem fames super terram: preter famem que prius facta est in tempore abrahe. Abijt autem Isaac ad abimelech regem philistinorum in gerara. Apparuit autem illi dominus et dixit. Noli descendere in egyptum habita autem in terra quam tibi dixerim: et incole in terra hac: et ego ero tecum et benedicam te. Tibi enim et semini tuo dabo omnem terram hanc. Et statuam iuramentum meum quod iuravi abrahe patri tuo: et multiplicabo semen tuum sicut stellas celi. Et dabo semini tuo omnem terram hanc: et benedicentur in semine tuo omnes gentes terre: pro eo quod obaudiuit abraha pater tuus vocem meam: et custodiuit precepta mea: et mandata mea et iustificationes meas: et legitima mea. Iste patriarcha nec uxorem habuit aliam nec aliquam concubinam: sed posteritate duorum geminorum ex vno concubitu procreatorum contentus fuit. Timuit sane et ipse periculum de pulchritudine coniugis: cum habitaret inter alienos: se citius quod pater: ut eam sororem diceret tacetque uxorem. Erat enim ei propinqua et paterno et materno sanguine. Sed etiam ipsa ab alienigenis cognita quod uxor esset mansit intacta. Nec ideo tamen istum patri eius preferre debemus: quia iste nullam feminam preter unam coniugem nouerat. Erant enim proculdubio paterne fidei et obedientie merita potiora. in tantum ut propter illud dicat deus huic se facere bona que fecit. Benedicentur inquit in semine tuo omnes gentes terre: pro eo quod obaudiuit abraha pater tuus vocem meam: et custodiuit precepta mea et mandata mea*

et iustificationes meas et legitima mea. Et alio rursus oraculo: ego sum inquit deus abraam patris tui. noli timere te cum enim sum et benedixi te: et multiplicabo semen tuum propter abraam patrem tuum. Ut intelligamus quod castitate abraha fecerit: quod hominibus impudicis et nequitie sue de scripturis sanctis patrocinia requirentibus: videtur fecisse libidine. Deinde ut etiam hoc nouerimus non ex bonis singulis inter se homines comparare: sed in vnoquoque consideremus vniuersa. fieri enim potest ut habeat aliquid in vita et moribus quibuspiam quo superet alium: idque sit longe prestabilius quam est illud vno ab alio superatur. Ac per hoc solo dei veroque iudicio: cum continentia coniugio preferatur: melior tamen est homo fidelis coniugatus: quam continens infidelis. Sed continentis infidelis homo non solum minus laudandus est quia se contemnit deum non credit: verum etiam multo magis vituperandus quia non credit cum se contineat. Constituamus ergo ambos bonos. Etiam sic profecto melior est coniugatus fidelissimus et obediendissimus deo. quam continentis minoris fidei minusque obedientie: si vero paria sint cetera continentem coniugato preferre quam abigat.

De his que in esau et iacob mystice prefigurantur. c. xxxvii.

d *Uo igitur Isaac filius esau et iacob pariter crescunt. Primatus maioris transfunditur in minorem: ex pacto et placito inter illos: eo quod lenticulam que cibum minoris parauerat maior immo deratius concupiscit: eoque precio pro genita sua fratri iuratione interposita vendidit. Ubi discimus in vescendo non cibi genere sed auiditate immodestia quemque culpandum. Senescit Isaac: eiusque oculus per senectam visus auferatur. Uult benedicere filium maiorem*

⁊ pro illo nesciens benedixit minoribus:
 pro fratre maiore qui erat pilosus se
 paternis manibus supponentes: hedi-
 nis sibi pellicul' coaptatis velut hedi-
 peccata portantem. Iste dolus iacob
 ne putaretur fraudulēt' dol': ⁊ in eo
 magis mysteriū esse quereretur: supi-
 us predixit scriptura Et erat esau ho-
 mo sciens uenari agrestis. Jacob autē
 homo simplex habitans domuz. Hoc
 nostri quidam interpretati sunt: sine
 dolo. Siue autem sine dolo siue sim-
 plex: siue potius sine fictione dicatur:
 quod est grece aplastos: quis est in ista
 benedictione percipienda dolus ho-
 minis sine dolo? Quis est dolus sim-
 plicis. Que fictio non mentientis: nisi
 profundum mysteriūz veritatis? Ip-
 sa autem benedictio qualis est? Ecce i-
 quit odor filij mei tanq̄ odor agri ple-
 ni: quem benedixit dominus. Et det tibi
 deus de roze celi ⁊ de pinguedine tē-
 re multitudinem frumenti ⁊ vini: ⁊ f-
 uiant tibi gentes ⁊ adorent te princi-
 pes: ⁊ fias dominus fratris tui: ⁊ ado-
 rabunt te filij patris tui. Qui maledi-
 xerit te maledictus erit ⁊ qui benedi-
 xerit te benedictionibus repleatur. Be-
 nedictio igitur iacob predicatio chris-
 ti est in omnibus gentibus. Hoc factio
 igitur lex ⁊ prophetia est isaac. Et per
 os iudeorum christus ab illa benedi-
 citur velut a nesciente: quia i ea ab eis
 ipse nescitur. Odoze nominis christi
 sicut ager mundus impletur. Eius est
 benedictio de roze celi: hoc est de uer-
 borum plusia diuinorum: ⁊ de uer-
 bate terre hoc est de congregatione po-
 pulorum: eius est ⁊ multitudo fru-
 menti ⁊ vini: hoc est multitudo quam
 colligit frumentum ⁊ vinum in sacra-
 mento corporis eius ⁊ sanguinis ei'.
 Et seruiant gentes ipsum adorant
 principes. Ipse ē dñs fratris sui: quia
 populus eius dñatur iudeis. Ipsum
 adorant filij patris eius: hoc est filij a-

brae secundum fidez: quia ⁊ ipse ē filius
 abrae secundum carnem. Ipsum qui
 maledixerit maledictus: ⁊ qui bñdixe-
 rit bñdictus ē. Christ' inq̄ noster etiā
 ex ore iudeorum quibus errantium sed
 tamen legem prophetasque cantanti-
 um benedicitur: id est veraciter dicit:
 ⁊ alius benedicti putatur qui ab eis er-
 rantibus expectatur. Ecce benedictio-
 nem pmissam petente maiore expaue-
 scit isaac: ⁊ alius se pro alio bñdixisse
 agnoscit. Miratur ⁊ quis nam ille sit
 percunctatur: nec tamen se deceptum
 esse conqueritur: immo confestiz reue-
 lato sibi int' in corde magno sacramē-
 to deuotat indignationē: ⁊ firmat bene-
 dictionem. Quis ergo inquit uenat'
 est mihi uenationē ⁊ utulit mihi: ⁊ mā-
 ducui de omnibus antequam tu uē-
 res? Et benedixi euz ⁊ benedictus sit.
 Quis non hic maledictionem poti'
 expectares irati: si hec non saperna in-
 spiratione sed terreno more gererēt?
 O res gestas sed prophetice gestas: i
 terra sed celitus: per homines sed diu-
 nitus. Si excutiantur singula tātis se-
 cunda mysterijs multa sūt iplenda vo-
 lumia: s; huic opi mod' moderate im-
 ponēd' nos in alia festinare cōpellit.

De missione iacob in mesopotamiam
 ad accipiendā vxorē: ⁊ de uisione
 quā in itinere somniauit: ⁊ de quatuor
 ipsius feminis cum vnā petisset vxorē
 .c. xxxvij.

m Itit' iacob a parētib' i mesopo-
 tamiā: ut ibi ducat vxorē: patris
 mittentis hec uerba sunt. Non accipi-
 es vxorē ex filiab' chananearum. Sur-
 gens fuge in mesopotamiā in domuz
 bathuel patris matris tue: ⁊ sūe tibi
 in vxorē de filiabus laban fās matris
 tue Deus autem meus benedicat te et
 augeat te ⁊ multiplicet te. Et eris i con-
 gregationes gentium: ⁊ det tibi bene-

dictionem abraam patris tui: et tibi et semini tuo post te: ut heres fias terre incolatus tui quaz dedit deus abrae. Hic iam intelligimus segregatus semini iacob ab alio semine isaac: quod factum est per esau. Quando enim dictum est isaac vocabitur tibi semen: pertinens utique semen ad civitatem dei separatum est inde aliud semen abrae quod erat in ancille filio: quod futurum erat in filiis cethure. Sed adhuc erat ambiguum de duobus geminis filiis isaac an ad utrumque an ad unum eorum illa benedictio pertineret. Et si ad unum quis nam esset illorum. Quod nunc declaratum est: cum propheticè a patre benedictus iacob: et dicitur ei et eris in congregatio gentium: et det tibi benedictionem abrae patris tui. Pergens itaque in mesopotamiam iacob in somnis accepit oraculum de quo sic scriptum est. Et exiit iacob a puteo iurationis: et profectus est in charram et in venit in locum et dormiuit ibi. Occiderat eis sol et superstitit ex lapidibus loci et posuit ad caput suum et dormiuit in loco illo et somniavit. Et ecce scala stabilita super terraz cuius caput pertingebat ad celum: et angeli dei ascendebant et descendebant per illam dominus incombabat super illam: et dixit. Ego sum deus abraam patris tui: et deus isaac: noli timere: terram in qua dormis super eam tibi dabo illam et semini tuo. Et erit semine tuum sicut arena terre: et dilatabitur super mare: et in africanum et in aquilonem et ad orientem: et benedicentur in te omnes tribus terre et in semine tuo: et ecce ego sum tecum custodiens te in omni via quacumque ibis: et reducam te in terraz hanc: quia ego non te derelinquam donec faciam omnia que tecum locutus sum. Et surrexit iacob de somno suo: et dixit: quod dominus est in loco hoc et ego nesciebam. Et timuit et dixit: quod inibi locus hic: non est hic nisi domus dei: et hec porta est celi.

Et surrexit iacob et superstitit lapidem quem supposuit capiti suo: et statuit illum in titulum: et superfudit oleum in cacumine eius: et vocavit iacob nomen loci illius domus dei. Hoc ad prophetiaz pertinet. Nec more idolatrie lapidem profudit oleo iacob: velut faciens illum deum. neque enim adoravit eundem lapidem vel ei sacrificavit: sed quonia christi nomen a chrismate est id est ab unctione: profecto figuratum est hinc aliquid quod ad magnum pertineat sacramentum. Scalam vero istam intelligitur ipse saluator nobis in memoriam reuocare in euangelio. Ubi cum dixisset de nathanaele ecce vere israelitam quo dolus non est: quia israel viderat istam visionem. Ipse est enim iacob: eodem loco ait. Amen amen dico vobis videbitis celum apertum et angelos dei ascendentes et descendentes super filium hominis. Perrexit ergo iacob in mesopotamiam: ut in acciperet uxores. Unde autem illi acciderit quatuor habere feminas de quibus duodecim filios et unam filiaz procreavit: cum eaz nullam concupisceret illicite indicat scriptura divina. Ad unam quippe accipiendam venerat: sed cum illi altera pro altera supposita fuisset: nec ipsam dimisit quod nesciens usus fuerat in nocte: ne ludibrium eam videretur habuisse. Et ex eo tempore quoniam multiplicande posteritatis causa plures uxores lex nulla prohibebat: accepit etiam illam cui unum iam futuri coniugii fidem fecerat. Que cum esset sterilis: ancillam suam de qua filios ipsa suscipere marito dedit: quod etiam maior soror eius quamvis peperisset imitata: quoniam multiplicare prole cupiebat effecit. Nullam igitur iacob legitur petisse preter unam: nec usus plurimis nisi gignende proles officio conjugali iure seruato: ut neque hoc faceret nisi uxores eius id fieri flagitarent: quae corporis viri sui habebant

legitimam potestatem.

Que ratio fuerit vt etiam israel cognominaretur. c. xxxix.

G Enuit ergo duodecim filios et vnā filiā ex quatuor mlierib⁹: Dein ingressus ē in egyptū p̄ filiū suū ioseph: qui vendit⁹ ab inuidentibus fratribus: eoq; perductus fuit atz ibi dem sublimatus. Jacob autem etiam israel sicut pauloante dixi vocabatur: quod nomen magis populus ex illo procreatus obtinuit. Hoc aut nomen illi ab angelo ipositum ē: qui cum illo fuerat in itinere de mesopotamia redeunte luctatus typū christi euidentissimē gerēs. Nā q̄ ei preualuit iacob vti q; volenti: ut mysteriū figuraret: significat passionē christi: vbi visi sunt ei p̄ ualere iudei. Et tñ benedictionem ab eodem angelo quem superauerat ipe trauit: ac sic huius nōinis ipositio bñ dictio fuit. Interpretatur aut israel videns deū: quod erit in fine premium sanctorum omnium. Letigir porro illi idem angelus veluti preualenti latitudine femoris: eūq; isto modo claudum reddidit. Erat itaq; vnus atz idē iacob: et benedictus et claudus: bñdictus in eis qui i christum ex eodem populo crediderunt: atq; in infidelibus claudus. Nam femoris latitudo generis multitudo est. Plures quippe sūt q̄ i ea stirpe de quibus prophetice predictz est: et claudicauerūt a semitis suis.

Quō cū septuagintaq;q; anis abus egyptū narretur ingressus: cū pleriq; ex eis qui cōmemorantur tpe posteriorū sunt geniti. c. xl.

I Ngressi itaq; referuntur i egyptū simul cū ipso iacob septuagintaq; hoies: annuerato ipso cum suis filijs. In quo numero due tantuz

femine cōmēorāt vna filiā: neptis. Sz res diligenter considerata nō indicat q̄ tantus numerus fuerit in progenie iacob: die vel anno quo ingressus est egyptum. Commemorati sunt quippe i eis etiā pronepotes ioseph qui nullo modo iaz tunc esse potuerunt quoniam tunc centum triginta annorum erat iacob: filius vō eius iacob triginta nouē. Quem cum accepisse tricesimo anno suo uel amplius constet vxorez: quomodo potuit per nouem annos habere pronepotes de filijs quos ex eadem vxore suscepit? Luz igitur nec filios haberent ephrem et manasses filij ioseph: sz eos pueros infra q̄ nouē nes iacob egyptū ingressus inuenerit: quo pacto eoz non solum filij sed et nepotes in illis septuagintaq; nūerantur: qui tūc egyptū ingressi sūt cuz iacob? Nam commemoratur ibi machir filius manasse nepos ioseph: et eiusdem machir filius id est galaad nepos manasse pronepos ioseph. Ibi ē et quē genuit ephrem alt⁹ filij ioseph id est vtaalam nepos ioseph: ibi est et bareth filius ipsius vtalee id ē nepos ephrem pronepos ioseph: qui nullo modo esse potuerūt qñ venit iacob in egyptū et filios ioseph nepotes suos auos istorum minores q̄ nouē annorum pueros inuenit. Sed nimirum i troitus iacob in egyptum qñ eum in septuagintaq; hominibus scriptura commemorat: non vnus dies vlt vnus annus: sed totum illud est tempus q̄ diu vixit ioseph: per quez factū est vt intrarent. Nam de ipso ioseph eadem scriptura sic loquitur et habitauit ioseph in egypto: ipse et fratres eius et omnis cohabitatio patris eius: et vixit annos centum et decem et vidit ioseph manasses et ephrem filios vsq; in tertiam generationem. Ipse est ille pronepos eius: ab ephrem tertius: generationem quippe tertiaz dicit: filij:

nepotem: et pronepotem. Deinde sequitur. Et filij machir filij manasse: nati sunt supra femora ioseph. Et hic ille ipse est nepos manasse: pronepos ioseph. Sed pluraliter appellati sunt sicut scriptura consuevit: que vnam quam filiam iacob filias nuncupauit: sicut in latine lingue consuetudine liberi dicuntur pluraliter filij: etiam si non sint vno amplius. Cur ergo ipsius ioseph predicetur felicitas: quia potuit videre pronepotes: qui nullo modo putandi sunt iam fuisse tricelimonono anno proauis sui ioseph: quando ad eum in egyptum iacob pater eius aduenit? Illud autem est quod fallit minus ista diligenter intuentes: quoniam scriptum est: hec autem nomina filiorum israel que intrauerunt in egyptum sunt cum iacob patre suo. Hoc enim dictum est quod simul cum illo computantur septuagintaquinque: non quia simul iam erant omnes quando egyptum ingressus est ipse: sed ut dixi totum tempus habetur eius ingressus quo vixit ioseph per quem eius videtur ingressus.

De benedictione quae in iudam filium suum promissit. c. xli.

Situr propter populum christianum in quo dei ciuitas peregrinatur in terris: si christi carnem in abrae semine requiramus: remotis concubinaz filijs occurrit isaac: si in semine isaac: remoto esau qui est et edom occurrit iacob qui est et israel. Si in semine israel ipsius remotis ceteris occurrit iudas quia de tribu iuda exortus est christus. Ac per hoc cum in egypto moritur israel filios suos benedicet: quemadmodum iudam prophetice benedixerit audiamus. Iuda inquit te laudabunt fratres tui. Manus tue super dorsum inimicorum tuorum: te adorabunt filij patris tui. Catulus leonis iudas. Ex ger

minatione filii mei ascendisti: recumbens dormisti ut leo. et ut catulus leonis. Quis suscitabit eum? Non deficiet princeps ex iuda: et dux de femoribus eius donec veniant que reposita sunt ei: et ipse erit expectatio gentium. Alligans ad vitem pullum suum et ciliatium a sine sue: lauabit in vino stolam suam: et in sanguine vine amictum suum. Fului oculi eius a vino et dentes candidiores lacte. Exposui hec aduersus manicheum faustum disputans: et satis esse arbitror quantum veritas prophetie huius elucet: ubi et mors christi predicta est verbo dormitionis: et non necessitas sed potestas in mortem nomine leonis: Quam potestatem in euangelio ipse predicat: dicens potestatem habeo ponendi animam meam: et potestatem habeo iterum sumendi eam. Nemo eam tollit a me: sed ego eam pono a me ipso et iterum sumo eam. Sic leo fremuit sic quod dixit impleuit: ad eam namque pertinet potestatem: quod de resurrectione eius adiunctum est. Quis suscitabit eum? Hoc est quia nullus hominum: nisi se ipse suscitauit: qui etiam de corpore suo dixit. Soluite templum hoc et in triduo resuscitabo illud. Ipsum autem genus mortis hoc est sublimitas crucis: in vno verbo intelligitur quod ait ascendisti. Quod vero addidit recumbens dormisti: euangelista exponit ubi dicit: et inclinato capite tradidit spiritum. Aut certe sepultura eius agnoscitur in qua recubuit dormiens: et vnde illud nullus hominum sicut propheta aliquos: vel sicut ipse alios suscitauit. Sic a sono ipse surrexit. Stola porro eius quam lauat in vino: id est mundat a peccatis in sanguine suo cuius sanguinis sacramentum baptizati sciunt: vnde et adiungit et in sanguine vine amictum suum quid est nisi ecclesia? Et fului oculi eius a vino spirituales eius inebriati poculo eius: de quo canit psalmus: et calix tuus

inebrians quæ preclarus est. Et dentes eius candidiores lacte: quod potant apud apostolum paruuli: verba scilicet nutritia: nondum idonei solido cibo. Ipse igitur est in quo reposita erant promissa inde: que donec venirent nunquam principes hoc est reges israel ab illa stirpe defuerunt. Et ipse expectatio gentium: quod clarius est videndo quam sit exponendo.

De filiis ioseph quos iacob prophetica manu sua transmutatione benedixit. c. xliij.

Sicut autem duo isaac filij esau et iacob: figuram prebuerunt duorum populorum in iudeis et christianis: quævis quod ad carnis propaginem pertinet: nec iudei venerunt ex semine esau sed idumei: nec christiane gentes de iacob: sed potius iudei. Ad hoc enim tantum figura valuit quod dictum est maior seruet minori: ita factum est etiam in duobus filiis ioseph. Nam maior gessit typum iudeorum: christianorum autem minor. Quos cum benediceret iacob: manum dexteram ponens super minorem quem habebat ad sinistram: sinistram vero super maiorem quem habebat ad dexteram graue uisum est patri eorum et admonuit patrem uelut corrigens eius errorem: et quis nam esset eorum maior ostendens. At ille mutare manus noluit: sed dixit. Scio fili mi scio. Et hic erit in populis: et hic exaltabitur: sed frater eius minor maior illo erit. Et semen eius erit in multitudinibus gentium. Etiam hic duo illa promissa demonstrant. nam ille in populum: iste in multitudinem gentium. Quid euidentiùs: quæ his duabus promissionibus contineri populum israelitarum: orbemque terrarum in semine abrae: illum secundum carnem: istum secundum fidem.

De temporibus moysi et iesu naue ac iudicium: atque ex in regum quorum quod saul primus est: sed dauid precipue et sacramento habetur et merito. c. xliij.

Defuncto iacob: defuncto et ioseph per reliquos centum quadraginta quatuor annos donec exiret de terra egypti: in modum incredibilem illa gens creuit: et tantis attrita persecutionibus: ut quodam tempore nati masculi necarentur: cum mirantes egyptios nimiam populum illius incrementa timerent. Tunc moyses subtrahit furto trucidatoribus paruulorum ad domum regiam ingentia pericula pro eum deo preparate peruenit: nutritusque et adoptatus a filia pharaonis: quod nomen in egypto omnium regum fuit: in tantum peruenit virum ut ipse illam gentem mirabiliter multiplicatam ex durissimo et gravissimo quod ibi ferebat iugo seruitutis extraheret: immo per eum deus qui hoc promiserat abrae. Prius quippe ex inde terram madian fugisse refertur: quæ cum israelitam defenderet egyptium occiderat: et territus fugeret: postea diuinitus missus in potestate spiritus dei superauit pharaonis resistentes magos. Tunc per eum egyptiis illate sunt decem memorabiles plage: cum dimittere populum dei nollet: aqua in sanguinem versa: rane: senipes: cymonia: mors pecorum: vlcera: grando: locusta: tenebre: mors primogenitorum. Ad extremum israelitas quos plagis tot tantisque perfracti tandem aliquando dimiserant egyptum in mari rubro dum persequuntur extincti sunt. Illis quippe abeuntibus diuisum mare viam fecit. Hos autem in sequentes in se rediens unda summersit. Deinde per annos quadraginta duce moysi dei populus per desertum actus est: quando tabernaculum testimonium nuncupatur est: ubi de sacrificiis futura prenentia tibus colebatur: cum scilicet iam data lex fuisset in monte multum terribi-

liter attestabatur enim euidentissima mirabilibus signis uocibusque diuinitas: Quod factum est mox ut exiit est de egypto: et in deserto populus esse cepit quinquagesimo die post celebratum pascha per ouis immolationem. Que usque deo typus christi est: prenuccias eum per uictima passionis de hoc mundo transitorium ad patrem: pascha quippe hebreia lingua transitus interpretatur. ut iam cum reuelaretur testamentum nouum: posteaque pascha nostrum immolat est Christus quinquagesimo die ueniret de celo spiritus sanctus: qui dictus est in euangelio digitus dei: ut recordationem nostram in primi prefigurati facti memoriam reuocaret: quod et legis ille tabule digito dei scripte referuntur. Desuper moyses populum rexit iesus naue: et in terra promissionis introduxit: eamque populo diuisit. Ab his duobus mirabilibus ductibus bella sunt prospere ac mirabiliter gesta sunt: deo contestate non tam propter merita hebrei populi: quam propter peccata earum que debellabantur gentium illas eis prouenisse uictorias. Post istos duces iudices fuerunt iam in terra promissionis populo collocato: ut inciperet inter reddi abrae prima promissio de gente una id est hebrei: et in terra chanaan nondum de omnibus gentibus et toto orbe terrarum quod christi aduentus in carne: et non ueteris legis obseruatione: sed euangelij fides fuerat impletura. Cuius rei prefiguratio facta est: quod non moyses qui legem populo acceperat in monte sina: sed iesus cui etiam nomen deo precipiente mutatum fuerat uocaretur iesus: populum in terram promissionis introduxit. Temporibus autem iudicium sicut se habebat et peccata populi et misericordia dei: alternauerunt prospera et aduersa bellorum. Inde uentum est ad regum tempora. Quorum primus regnauit saul: quo reprobo et bellica clade prostrato: eiusque

stirpe reiecia ne inde reges orirentur. Dauid successit in regnum cuius maxime christus dictus est filius: In quo articulus quidam factus est et exordium quodammodo iuuentutis populi fidei: cuius generis quedam uelut adolescentia dicebatur ab ipso abraam usque ad hunc dauid. Neque enim frustra mattheus euangelista sic generationes commemorauit: ut hoc primum interualium quatuordecim generationibus commendaret: ab abraam scilicet usque ad dauid. Ab adolescentia incipit quippe homo posse generare: propter generationum series ab abraam sumpsit exordium: quod et pater gentium constitutus est: quando mutatum nomen accepit. Ante hunc ergo uelut pueritia fuit huius generis populi dei: a noe usque ad ipsum abraam: et ista prima lingua inuenta est id est hebrei. A pueritia namque homo incipit loqui post infantiam: que hinc appellata est quod fieri non potest. Quare profecto etatem primam demergit obliuio sic etas primi generis humani est deleta diluuium. Quorum namque quisque est qui suam recordetur infantiam. Quamobrem in isto percursu ciuitatis dei sicut superior una eandemque primam: ita duas etates secundam et tertiam liber iste continet. In qua etiam propter uaccam trimam: capram trimam: arietem trimum: et impositum est legis iugum: et apparuit abundantia peccatorum: a regni terreni surrexit exordium ubi non defuerunt uiri spirituales quorum in turture et columba figuratum est sacramentum.

Aurelij augustini de ciuitate dei liber. xix.

De temporibus prophetarum. c. primus.

ROMJSSI
ones dei que fa-
cte sunt ad abra-
am: cuius semi-
ni ⁊ gētez israeli-
ticā secūdū car-
nē: ⁊ ōnes gētes
deberi secūdum

p

fidem deo pollicente didicimus: quen-
admodū compleantur per ordinem tē-
porū procurres dei ciuitas idicauit.
Quā ergo superioris libri vsq; ad re-
gnū dauid fact' ē finis: nunc ab eodez
regno quantum suscepto operi sufficē
videt: cetera que sequunt' attigamus.
Hoc itaq; t'pus ex quo sanctus samu-
el prophetare cepit: ⁊ deinceps donec
populus israel captiuus in babilōiā
duceretur: atq; inde secunduz facti hie-
remie prophetiā p' septuaginta ānos
reſis israelitis dei dom' istauraret:
totum t'ps est prophetarū. Quāuis
enim ⁊ ipsum noe patriarcham in cu-
ius diebus vniuersa terra diluuiō dele-
ta ē: ⁊ alios supra ⁊ infra vsq; ad hoc
tempus quo reges in dei populo esse
ceperūt: propter quedaz per eos futu-
ra siue quoquomō significata siue pre-
dicta que pertinent ad ciuitatez dei re-
gnūq; celorum non immerito possū-
mus appellare prophetas p'f'ctim qz
īnullos eorū id expressius legim' nū-
cupatos: sicut abraam: sicut moysen:
tamen dies prophetarū precipue ma-
ximeq; hi dicti sunt ex quo cepit p'phe-
tare samuel: qui ⁊ saulem pri': ⁊ eo re-
probato ipsum dauid deo precipiente
vixit in regem: de cuius ceteri stirpe
succederent quousq; illos succedē sic
oporteret. Que igit' a prophetis sint
predicta de christo: cōmōiēdo decedē-
tib' ⁊ nascendo succedētib' suis mē-
bris ciuitas dei per ista curreret t'pa: si
oīa velim cōmemorare in īmensū per-
gitur. Primam quia ipsa scriptura q̄
per ordinem reges eorūq; facta ⁊ euē-

ta dīgerens uidetur tanq̄ historica dī-
ligētia rebus gestis occupata esse nar-
randis: si adiuuāte dei spū cōsiderata
tractetur: vel magis vel certe nō min'
prenunciandis futuris q̄ preteritis e-
nunciandis inuenitur intenta. Et hoc
perscrutando indagare ac differendo
monstrare q̄ sit operosū atq; prolixū
⁊ q̄ multis indigeat voluminibus q̄s
ignorat: qui hec vel mediocriter cogi-
tat: Deīd quia ea ipa que ad prophe-
tiam non ambigitur pertinere ita sūt
mlta de christo regnoq; celorū que ci-
uitas dei est: vt ad hoc aperiendū ma-
ior sit disputatio necessaria: q̄ huius
operis mod' flagitat. Proinde ita si
potuero stilo modicior meo: ⁊ huic
opi in dei voluntate peragendo nec ea
q̄ sūt dicā: nec ea que satis sūt preter-
mittam.

Quo tempore sit impleta promi-
sio dei de terra chanaan: quam in pos-
sessionem etiam israel carnalis acce-
pit. c. ij.

i N precedente libro dixim' ab
initio abraam promissionum
dei duas res fuisse promissas. Unam
scilicet q̄ terram chanaan possessurū
fōet semen eius quod significat vbi di-
ctum est: vade in terram quam tibi de-
monstrauero ⁊ faciam te in gentem
magnam: aliam vero longe p'f'ctanti-
orem non de carnali: sed de spiritali
semine: per quod pater est non vnius
gentis israelitice: sed omnium gentiū
que fidei eius vestigia consequuntur.
Quod promitti cepit his v'bis. Et bñ
dicentur in te omnes tribus terre. Et
deinceps alijs multis admodū testio-
nīs hec duo promissa monstraui-
m'. Erat igit' iam in terra promissiois semē
abrae id est populus israel secundum
carnem: atq; ibi non solum tenēdo ac

possidendo ciuitates aduersarioꝝ: vꝝ
 et reges hñdo regnare iam ceperāt: i-
 pletis de ipso populo promissionibꝫ
 dei magna iam ex parte: non solum q̄
 tribus illis patribus abraam isaac et
 iacob: quibuscunqꝫ dictis vel signis
 aut figuris tꝑibus eorū facte sunt vñ
 etiam que per ipsum moysen per quē
 populus idem de seruitute egyptiaca
 liberatus: et per quem cuncta preteri-
 ta reuelata sunt: temporibus eius cuz
 populum per heremum duceret facte
 fuerant. Neqꝫ autem per insignem du-
 cez iesum naue: per quem populus ille
 in promissionis inductus est terram:
 qui expugnatis gentibus eam duode-
 cim tribubus quibus deus iusserat di-
 uisit et mortuus est: neqꝫ post illum to-
 to tꝑe iudicuz impleta fuerat promissio
 dei de terra chanaan: qꝫ a flumie egypti
 vsqꝫ ad flumen magnum euphratē
 populus ille dñaretur: nec tam adhuc
 prophetabatur futurum sed expecta-
 batur implendum. Impletum est autē
 per dauid et filium eius salomonem:
 cuius regnum tanto quanto promissum
 fuerat spacio dilatatum est. Uni-
 uersos quippe illos subdiderūt: tribu-
 tariosqꝫ fecerūt. Sic igitur in terra p-
 missionis secundum carnem: hoc ē in
 terra chanaan sub his regibus semen
 abrae fuerat p̄stitutū: vt nihil dñi sup-
 esset quo terrena illa dei promissio cō-
 pleretur: nisi vt in eadem terra quan-
 tum ad prosperitatem attinet tempo-
 ralem: per posteritatis successionē in
 concusso statu vsqꝫ ad mortalis huiꝫ
 seculi terminū gens permanēt hebre-
 a si dñi dei sui legibus obediret. Sz qm̄
 deus nouerat hoc eam non esse factu-
 ram: vsus est et tꝑalibus penis ad ex-
 ercendos in ea paucos fideles suos: et
 admonendos qui postea futuri erant
 in omnibus gētibus quas per eos ad-
 moneri oportebat: in quibus alteram
 promissionē reuelato nouo testamēto

p̄ incarnationē christi fuerat impleturꝫ.

De tripartitis significationibus p-
 phetarꝫ: q̄ nūc ad terrenā nūc ad celestē
 hierusalē: nō autē ad vtrāqꝫ referun-
 tur. c. liij.

q Uocirca sic oracula illa diuina
 ad abram isaac et iacob: q̄cunqꝫ
 alia signa l' dca pphetica in sacris l'ris
 precedētibꝫ sc̄a sūt: ita et cetera ab isto re-
 gū tꝑe prophetie p̄tiz p̄tinet ad gentē
 carnis abrae: partim vero ad illud se-
 men illius in quo benedicuntur omnes
 gentes coheredes christi per testamen-
 tum nouū: ad possidendā vitā eternā
 regnūqꝫ celoz. Partim ergo ad ancillā
 que in seruitutem generat ad terrenā
 hierusalem: que seruit cū filijs suis: p-
 tim vero ad liberam ciuitatez dei id ē
 verā hierusalem et eternā in celis: cuius
 filij omnes secundū deuz viuentes pe-
 regrinantur in terris: sed sunt in eis
 quedam que ad vtrāqꝫ pertinere in-
 telliguntur ad ancillaz proprie: ad li-
 beraz figurate. Tripartita itaqꝫ repe-
 riuntur eloquia prophetarum: siqꝫdez
 aliqua sunt ad terrenā hierusalem ipec-
 tantia aliqua ad celestes: nonnulla ad
 vtrāqꝫ. Exemplis video probanduz
 esse quod dico. Missus est nathā pro-
 pheta a deo: qui regem danid arguēt
 de peccato graui: et ea que consecuta
 sunt mala futura prediceret. Hec atqꝫ
 huiusmodi siue publice id ē pro salu-
 te vel vtilitate populi: siue priuatiz cū
 pro suis quisqꝫ rebus diuina promēf
 eloquia: quibus pro vsu temporalis
 vite futuri aliquid agnosceretur: ad t-
 renaz ciuitatez pertinuisse q̄s abigat:
 Ubi autem legitur ecce dies veniunt
 dicit dominꝫ: et consumabo domū is-
 rael et domū iuda testamētū nouū: nō
 secunduz testamentuz quod disposui
 patribus eozuz: in die qua apprehēdi
 manus eozuz vt educerez eos de terra

egypti: qm̄ ipsi non permanserunt i te-
 stamento meo: et ego neglexi eos dicit
 dñs: quia hoc est testamentum meum
 qd̄ constituam domui israel p̄ dies il-
 los dicit dominus: dabo leges meas
 in mentē eoz: et super corda eozū scri-
 bam eas et videbo eos et ero illis i de-
 um: et ipsi erunt mihi in plebem: hieru-
 salem sine dubio superna prophetat:
 cuius deus ipse premium est: eūq; h̄e
 atq; ipsius esse: summum illi est atq;
 totū bonum. Ad vtrāq; vō p̄tinet hoc
 ipsum qd̄ hierusalē dī dei ciuitas: et in
 ea prophetatur futura domus dei. ea
 q; prophetia videtur impleri cum sa-
 lomō rex edificat illud nobilissimuz
 templum. Nec enim et in terrēa hieru-
 salem s̄m̄ historiā contingerūt et ce-
 lestis hierusalem figure fuerūt. Quod
 genus prophetie ex vtroq; veluti com-
 pactum atq; cōmixtum in libris vete-
 ribus canonicis: quibus rez gestaruz
 narrationes continentur valet plimū
 mltūq; exercuit et exercet ingenia scru-
 tantium h̄as sacras: vt quod historice
 predicum completunq; legitur in s̄i
 ne abraē secundum carnem: etiam i s̄i
 ne abraē secundum fidem quid implē-
 dum allegorice significet inquirat: i tā-
 tum vt quibusdam visum sit nihil eē
 in eisdem libris vel pronunciatuz et ef-
 fectum: vel non effectum q̄uis prenū-
 ciatum: quod non insinuet aliquid ad
 supernam ciuitatez dei eiusq; filios in
 hac vita peregrinos figurata significa-
 tione referendum. Sed si hoc ita est iā
 bipartita non tripartita erunt eloqui-
 a prophetaruz: vel potius illarū scrip-
 turaruz omniuz que veteris instrumē-
 ti appellatione censentur: nihil iāz exit
 illic quod ad hierusalēz terrenaz tan-
 tum pertineat: sed quicquid ibi de illa
 vel propter illam dicitur atq; comple-
 tur: significat aliquid quod etiaz ad
 hierusalēz celestēz allegorica prefigu-
 ratione referatur: sed erunt sola duo

genera: vnū quod ad hierusalēz libe-
 raz: alteruz quod ad vtrāq; pertineat.
 Mibi autem sicut multiuz videntur
 errare: qui nullas res gestas in eo ge-
 nere litteraruz aliquid aliud preter id
 quod eo modo geste sunt significare
 arbitrantur: ita multū audere: qui pr-
 sus ibi omnia significatiōibus allego-
 ricis inuoluta esse contendunt. Ideo
 tripartita non bipartita esse dixi. Hoc
 enim existimo: non tamen culpās eos
 qui potuerunt illic de quacunq; re ge-
 sta sensum intelligentie spiritualis ex-
 culpere: seruata primitus dūtaxat his-
 torie veritate. Leteruz que ita dicunt
 vt reb⁹ humanitus seu diuinitus ges-
 tis siue gerendis puenire non possint:
 quis fidelis dubitet non esse inaniter
 dicta: Quis ea non ad intelligentiam
 spiritualem reuocet si possit: aut ab eo
 qui potest reuocanda esse fateatur?

De p̄figurata cōmutatione israeli-
 tici regni et sacerdotū: et de his que an-
 na mater samuelis personā gerens ec-
 clesie prophetauit. c. iij.

p Rocursus iḡ ciuitatis dei: vbi
 peruēit ad reguz ip̄a: qm̄ dauid
 saule reprobato ita regnum primus
 obtinuit: vt eius deinde posteri i terre
 na hierusalem diuturna successione
 regnarent: dedit figuraz rei geste: signi-
 ficans atq; pronuncians quod non est
 pretereundum silentio: de rez mutati-
 one futurarū: quod attinet ad duo tel-
 tamēta: vetus et nouū: vbi sacerdotiū
 regnuz mutatiuz est per sacerdotem
 eundēq; regē nouū ac sempiternum:
 qui ē christ⁹ iesus. Nam et heli sacer-
 dote reprobato substitutus in die mi-
 nisterium samuel simul officio funct⁹
 sacerdotis et iudicis: et saule abiecto
 rex dauid fundatus in regno: hoc qd̄
 dico fundauerunt. Mater quoq; ipsa
 samuelis anna: que prius fuit steti-

lis et posteriore fecunditate letata est
 pphetare aliud n̄ videtur cū cōgratu
 lationem suā dño fundit exultans: qñ
 quidez eundem puerum 'natū z ablac
 tatum deo reddidit eadez pietate qua
 vouerat. Dicit eniz p̄firmatū ē cor me
 um in domino: z exaltatuz ē cor meū
 in deo meo. Dilatatuz est super inimi
 cos meos os meum: letata sum in sa
 lutari tuo: qm̄ non est s̄ctus sicut do
 minus z non est iustus sicut deus nos
 ter: nō est sanctus preter te: nolite glo
 riari z nolite loqui excelsa neqz proce
 dat magniloquium de ore vestro: quo
 niam deus scientiaruz dominus z de
 us preparās adinventiones suas. Ar
 cum potentū fecit infirmū: z infirmi
 precincti sunt virtute. Pleni panibus
 minorati sunt: z esurientes trāsierunt
 terrā: qz sterilis peperit septem z m̄lta
 in filijs infirmata est. Dominus morti
 ficat z viuificat: deducit ad inferos et
 reducit. Dominus pauperes facit z di
 cat: humiliat z exaltat. Suscitāt a ter
 ra pauperem: z d̄ stercore erigit inopē
 ut collocet euz cū princ̄ipibus populi:
 z sedem gl̄e hereditatē dās eis: dans
 votum vouenti: z benedicēs ānos ius
 ti. Qm̄ non in virtute potens est vir:
 dominus infirmū facit aduersariū su
 um: dominus sanctus: Non gl̄iet pru
 dēs in prudētia sua: z n̄ gl̄ietur potēs
 ī potētia sua: z n̄ gl̄iet diues ī diuitijs
 suis. Sed in hoc gl̄iet q̄ gl̄iat intelligē
 z scire dominum: z facere iudiciū z iu
 stitiā in medio terre. Dñs ascendit ī ce
 los tonuit: ipse iudicabit extrema t̄re
 quia iustus est: z dat virtutē regibus
 nostris: z exaltauit cornu christi sui.
 Ita ne verba hec vnus putabunt esse
 muliercule: de nato sibi filio gratulan
 tis. Tantuz ne mēs hōinū a luce vita
 tis auersa est: vt non sentiat sup̄gredi
 moduz semie huius dicta q̄ fudit: Pō
 ro q̄ rebus ipsis que iam ceperunt ēt
 z in hac terrena peregrinatione cōple

ri conuenienter mouetur: nonne inten
 dit z aspicit z agnoscit: per hanc ml̄ie
 rem cuius etiam nomen id ē anna gr̄a
 eius interpretatur: ipsā religionē chri
 stianam: ipsā ciuitatē dei cuius rex est
 z conditor christus: ipsam postremo
 dei gratiaz propheticō sp̄ritu sic locu
 taz: a qua supbi alienāt vt cadant: q̄
 hūiles īplēt vt surgāt qd̄ maxie hym
 nus iste p̄sonuit: Nisi q̄sq̄ forte dictu
 rus ē nihil istam p̄phetasse ml̄ierē: s̄
 deum tm̄mō propter filium quē p̄ca
 ta ipetrauit exultanti p̄dicatione lau
 dasse: Quid ergo sibi vult qd̄ ait: ar
 cū potentū fecit infirmū: z infirmi
 precicti sunt virtute: pleni panib⁹
 minorati sunt: z esurientes trāsierūt
 terrā: z steris peperit septē: z multa
 in filijs infirmata ē: Nunqd̄ septē ipsa
 pepererat? Quāuis sterilis fuerit vnica
 hēbat qñ ista dicebat. Sed nec postea
 septem peperit siue sex: q̄bus septim⁹
 eēt ipse samuel: sed tres mares z duas
 femias. Deinde in illo populo cum
 adhuc nemo regnaret qd̄ in extremo
 posuit ad virtutem regibus nostris: z
 exaltauit cornu christi sui: vñ dicebat
 si non p̄phetabat? Dicat ergo ecc̄la christi
 ciuitas regis magni: gr̄a plena: prole fe
 cunda: dicat qd̄ tanto ante de se p̄phe
 tatum per hos huius pie m̄is agno
 scit. Cōfirmatum est cor meum ī dño:
 z exaltatū est cornu meum ī deo meo.
 Vere confirmatū est cor z cornu vere
 exaltatum: quia non in se sed in dño
 deo suo. Dilatatū ē sup̄ inimicos me
 os os meum: quia z in angustijs p̄f
 surarū sermo dei nō est alligatus: nec
 in p̄cōibus alligatis. Letata sum inq̄t
 in salutari tuo. Christ⁹ ē ipse iesus quē
 symeon sicut in euangelio legit senex
 amplectens paruuluz: agnoscens ma
 gnum: nunc dimittis inquit seruuz tu
 um in pace quoniam viderunt oculi
 mei salutare tuum. Dicat itaqz ecc̄le
 sia letata sum ī salutari tuo. Quoniam

non est sanctus sicut dominus: et non est iustus sicut deus noster: tanquam sanctus et sanctificans: et iustus et iustificans. Non est sanctus preter te: quia nemo fit nisi abs te. Denique sequitur: Nolite gloriari superbe: et nolite loqui excelsa: neque exeat magniloquium de ore vestro: quoniam deus scientiarum dominus ipse et nemo scit quod ipse sciat: quoniam qui putat se aliquid esse cum nihil sit: seipsum se ducit. Hec dicuntur aduersariis ciuitatis dei ad babyloniam pertinentibus: de sua virtute presumptibus: in se non in domino gloriantibus: ex quibus sunt etiam carnales israelite terre hierusalem ciues terrigenae: qui ut dicit apostolus ignorantes dei iustitiam. id est. quam dat hominibus deus qui solus est iustus et iustificans et suam volentes constituere. id est. velut a se sibi paratam non ab illo impertitam: iustitie dei non sunt subiecti. Itaque quod superbi se de suo putantes non de dei posse placere deo: qui est deus scientiarum atque ideo et arbitrer conscientiarum ubi uident cogitationes hominum quoniam vane sunt si hominum sunt et ab illo non sunt. Et preparans inquit adinventiones suas. Quas adinventiones putamus: nisi ut superbi cadant et humiles surgant: Has quippe adinventiones exequitur dicens. Arcus potentium infirmatus est: et infirmi precincti sunt virtute. Infirma est arcus. id est. intentio eorum: qui tam potentes sibi videntur: ut sine dei dono atque adiutorio humana sufficiencia diuina possint implere mandata: Et precingunt virtute: quorum eterna vox est. Miserere mei domine quoniam infirmus sum. Pleni panibus inquit minorati sunt: et esurientes transierunt terram. Qui sunt intelligendi pleni panibus: nisi iidem ipsi quasi potentes. id est. israelite: quibus credita sunt eloquia dei: Sed in eo populo angelus filii minorati sunt. Quo verbo minus quidem latine bene tamen expressum: est quod ex maioribus minores facti sunt:

quia et in istis panibus id est diuinis eloquiis que israelite soli tunc ex omnibus gentibus acceperunt. terrena sapuerunt. Sentes autem quibus lex illa non erat data: posteaque per nouum testamentum ad eloquia illa uenerunt: et multum esuriendo terram transierunt: quia in eis non terrena sed celestia sapuerunt. Et hoc velut quereretur causa cur factum sit: quia sterilis inquit peperit septem: et multa in filiis infirmata est. Hic totum quod propheta batur eluxit agnoscantibus numerum septenarium: quo est uersa ecclesie significata perfectio. Propter quod et iohannes apostolus ad septem scribit ecclesias: eo modo se ostendens ad unam multitudinem scribere. Et in prouerbis salomonis hoc antea prefigurans sapientia inquit edificauit sibi domum: et suffulit columnas septem. Sterilis. n. erat in omnibus gentibus dei ciuitas antequam iste fetus per quem eam fecerat fecunda cernimus oriretur. Lermus etiam que multa in filiis erat nunc infirmata hierusalem terrenam: quoniam quicumque filii libere in ea erant: virtus erat eius. Nunc uero ibi quoniam laza est et spiritus non est: amissa uirtute infirmata est. Dominus mortificat et uiuificat: mortificauit illam que multa erat in filiis: et uiuificauit hanc sterilem que peperit septem. Quauis commodus possit intelligi eosdem uiuificare quos mortificauerit. Id enim uelut repetiuit addendo dedit ad inferos et reducit. Quibus enim dicit apostolus si mortui estis cum christo: que sursum sunt querite ubi christus est in dextera dei sedens: salubriter utique modo tificans a domino quibus adiungit: que sursum sunt sapite: non que super terram ut ipsi sint illi qui esurientes transierunt terram. Mortui enim estis inquit. Ecce quomodo salubriter mortificat deus. Deinde sequitur: et uita uia abscondita est cum christo in deo. Ecce quomodo eosdem ipsos uiuificat deus. Sed nunquam eosdem dedit

ad inferos ⁊ reduxit: Hoc vtrunq; sū
 controuersia fidelium: i illo poti' uis
 tur ipletū capite. s. nostro: cum quo vi
 tam nostram in deo apostolus dixit
 absconditam. Nam qui proprio filio
 non peperit: sed pro nobis oībus tra
 didit eū: isto modo vtiq; mortificauit
 eū. Et quia resuscitauit eū a mortuis
 eundem rursus uiuificauit. Et q; in p
 phetia uox eius agnoscitur: nō dereli
 ques aīam meam in inferno: eundem
 deduxit ad inferos ⁊ reduxit. Hac ei'
 paupertate ditati sumus. Domin'. n.
 pauperes facit ⁊ ditat. Naz quid hoc
 sit vt sciamus qđ sequit' audiam'. Hu
 miliat ⁊ exaltat vtiq; superbos humi
 liat: ⁊ humiles exaltat. Quod enī ali
 bi legit': deus superbis resistit humili
 bus autem dat gratiam: hoc totus hz
 sermo huius cuius nomen interpreta
 tur gratia eius. Jam vero qđ adiungi
 tur: suscitatur a terra pauperē: de nullo
 melius qđ de illo intello: qđ ppter nos
 factus est pauper cū diues eēt: vt eius
 paupertate sicut pauloan dicitū est di
 taremur Ipsū. n. de terra suscitauit
 tam cito: vt caro eius non videret cor
 ruptionez. Nec illud ab illo alienabo
 qđ additū ē: ⁊ de stercoz erigit inopē.
 Inops quippe idem ē quod pauper.
 Stercus vero vnde erect' ē rectissime
 itelligunt persecutores iudei. In quo
 rū nūero cū se dixisset apłus eccliam
 persecutum: que mihi inquit fuerunt
 lucra: hec ppter christū dāna: nec solū
 detrimenta verum etiam stercoza exi
 stiaui esse: vt christū lucrifacēz. De ter
 ra ergo suscitatus est supra omnes di
 uites ille pauper: ⁊ de illo stercore erec
 t' ē supra omnes opulētos ille inops
 vt sedeat cum potentibus populi: qđ
 b' ait. Sedebitis super duodeci sedes
 Et sedem gl'ie hereditatem dans eis.
 Dixerant. n. potentes illi. Ecce nos re
 liquimus oīa ⁊ secuti sumus te. Hoc
 votuz potentissimi vouerant. Sed vñ

hoc eis: nisi ab illo de quo hic p̄tinuo
 dictum est dans votum vouenti: Alio
 quin ex illis essent potentibus quozū
 infirmat' est arc' dans inquit votum
 vouenti. Non. n. dño quisq; quicq; ra
 tum voueret: nisi qui ab illo acciperet
 quod voueretur. Sequitur. Et benedi
 xit annos iusti: vt cum illo. s. sine fine
 viuat: cui dictū ē. Et anni tui non desi
 cient. Ibi enim stant anni: hic autē trá
 seunt: imo pereunt. Anteq; enim veni
 ant non sunt: cum autem venerint nō
 erunt: quia cum suo fine veniunt. Ho
 rum autē duum. i. dans votum vouen
 ti: ⁊ benedicens annos iusti: vnuz ē qđ
 facimus: alterum quod sumimus. Sz
 hoc alterum deo largitore non sumi
 tur: nisi cum ipso adiutore primum il
 lud efficitur. Quia non in virtute po
 tens est vir. Dominus infirmum facit
 et aduersarium eius: illum scilicet qui
 homini vouenti inuidet: ⁊ resistit ne
 valeat implere quod vouit. Potest ex
 ambiguo greco itelligi aduersarium
 suuz. Cum. n. dñs possidere nos cepe
 rit: profecto aduersarius qui noster fu
 erat ipsius fit: ⁊ vincetur a nobis: sed
 non viribus nostris: quia non in vir
 tute sua potens est uir. Dominus er
 go infirmum faciet aduersarium suū:
 dominus sanctus vt uincatur a sanc
 tis: quos dñs sanctus sanctoz effecit
 sanctos. Ac p hoc non gloriē prudēs
 in prudentia sua: ⁊ non gloriētur i di
 uitijs suis diues: ⁊ non glietur potēs
 in potentia sua: sz in hoc gliet' qui glia
 tur: itelligere ⁊ scire dñm ⁊ facere iu
 diciū ⁊ iustitiā i medio terre. Nō
 parua ex parte itelligit ⁊ scit dominū
 qui itelligit ⁊ scit hoc a domino sibi
 dari: vt itelligat ⁊ sciat dōinū. Quid
 enim habes ait apostolus quod non
 accepisti: Si autē ⁊ accepisti: qđ glia
 ris quasi nō acceperis: i. quasi a teipō
 tibi sit vnde gliaris: Facit autem iudi
 ciū ⁊ iustitiā qui recte viuūt. Recte autē

uiuit qui obtemperat precipienti deo
 Et finis precepti id est ad quod refert
 preceptum caritas est de corde puro et
 conscientia bona et fide non ficta. Por-
 ro ista caritas sicut iohannes aposto-
 lus testatur ex deo est. Facere igitur iudicium
 et iustitiam ex deo est. Sed quid est in medio
 terre. Neque enim non debent facere iudi-
 cium et iustitiam: qui habitant in extremis
 terre. Quis hoc dixerit? Cur ergo ad-
 ditum est in medio terre? Quod si non
 adderetur et tantummodo diceretur facere
 iudicium et iustitiam: magis hoc precep-
 tum ad utrosque homines pertinere: et me-
 diterraneos et maritimos. Sed ne quis
 quod putaret post finem vite que in hoc a-
 gitur corpore superesse tempus iudicium
 iustitiamque faciendi que cum esset in car-
 ne non fecit: et sic diuinum euadere posse
 iudicium: in medio terre mihi videtur
 dictum: cum quisque uiuit in corpore. In
 hac quippe uita sua quisque terram circum-
 fert: quam mouente homine recipit terra
 communis: resurgenti utique reditura.
 Proinde in medio terre. id est cum anima nos-
 tra isto terreno clauditur corpore: faci-
 endum est iudicium et iustitiam: quod no-
 bis proficit in posterum: quando recipi-
 et quisque secundum ea que per corpus
 gessit: siue bonum siue malum. Per cor-
 pus quippe ibi dixit apostolus: per tem-
 pus quo uixit in corpore. Non enim
 si quis maligna mente atque impia cogi-
 tatione blasphemet: neque id ullis me-
 bris corporis operetur: id non erit reus quod
 id non motu corporis gessit: cum hoc per
 illud tempus gesserit quo gessit et cor-
 pus. Isto modo congruenter intelligi potest et
 illud quod in psalmo legitur. Deus au-
 tem rex noster ante secula operatus est
 salutem in medio terre: ut dominus iesus
 accipiatur deus noster qui est ante
 secula: quod per ipsum facta sunt secula:
 operatus est salutem nostram in medio ter-
 re: cum uerbum caro factum est: et terreno
 habitauit in corpore. Deinde posteaque

prophetatum est in his uerbis anime quo
 modo gloriari debeat qui gloriatur non
 in se utique sed in domino propter retri-
 butionem que in die iudicij futura est:
 dominus inquit ascendit in celos et tonuit:
 ipse iudicabit extrema terre: quia ius-
 tus est. Proiusus ordinem tenuit con-
 fessionis fidelium. Ascendit enim in celum
 dominus christus: et inde venturus est ad ui-
 uos et mortuos iudicandos. Nam quod as-
 cendit sicut dicit apostolus nisi qui et des-
 cendit in inferiores partes terre? Qui
 descendit ipse est et qui ascendit super omnes
 celos: ut adimpleret omnia. Per nubes
 ergo suas tonuit: quas spiritu sancto
 cum ascendisset impleuit: de quibus an-
 cille hierusalem hoc est ingrate uinee com-
 minatus est apud esaiam prophetam:
 ne pluat super eam ibris. Sic autem dictum est
 ipse iudicabit extrema terre ac si diceret
 est extrema terra. Non enim alias terra partes
 non iudicabit: quod omnes homines proculdubio
 iudicabit. Sed melius intelliguntur ex-
 trema terre extrema hominis quam non iudica-
 buntur que in melius uel deterius me-
 dio tempore commutantur: sed in quibus ex-
 tremis inueniuntur fuerit qui iudicabit.
 Propter quod dictum est: qui persevera-
 uerit usque in finem hic saluus erit. Qui
 ergo perseveranter facit iudicium et ius-
 titiam et in medio terre: non dannabitur: cum iudi-
 cabuntur extrema terre. Et dicit inquit
 virtutem regibus nostris: ut non eos
 iudicando condemnet. Dat eis virtu-
 tem qua carne sicut reges regant: et in illo
 mundum quod propter eos fudit sanguinem
 vincant. Et exaltabit cornu christi sui.
 Quomodo christus exaltabit cornu
 christi sui: id est quod supra dictum est: dominus as-
 cendit in celos: et intellectus est dominus
 christus: ipse sicut hic dicitur exaltabit
 cornu christi sui: qui est christus. Chri-
 stus ergo christi sui cornu exaltabit:
 id est uniuscuiusque fidelis sui: sicut is-
 ta ipsa in principio huius hymni ait exal-
 tatum est cornu meum in deo meo.

Oēs q̄ppe unctos ei⁹ chrismate recte christos possumus dicē: Qd̄ tñ totū cū suo capite corpus un⁹ ē christus. Hec anna p̄phetauit Samuelis sancti uiri mater multumq̄ laudat: In quo quidē tñc figurata ē mutatio ueteris sacerdotiū: et nūc impleta qm̄ in firmata ē: que multa erat in filijs: ut nouum haberet i christo sacerdotiū sterilis que peperit septem.

De his q̄ ad heli sacerdotē hō dei p̄pheticē locutus ē significās sacerdotium quod secundū aaron institutū fuerat auferendū. c. v.

f Ed hoc euidentius ad ipsū Heli sacerdotē missus loq̄t hō dei: cuius quidē nomē tacet: sed intelligit officio ministerioq̄ suo sine dubitatione p̄pheta. Sic scriptū est. Et uenit homo dei ad Heli et dixit. Hec dicit dominus: Reuelans reuelatus sum ad domum patris tui: cum essent in terra egypti fui i domo Pharaonis: et elegi domū patris tui ex omnib⁹ sceptoris israel mihi sacerdotio sūgi: ut ascenderent ad altare meū et incēderēt incēsum: et portarent ephud. Et dedi domui patris tui omnia que sunt ignis filiorū in escam. Et tu quid respexisti incēsum meum et in sacrificium meū impudenti oculo: et glorificasti filios tuos super me: benedicere primitias omnis sacrificij in israel in conspectu meo: propter hoc hec dicit dominus israel. Dixi: domus tua et patris tui transibūt coram me usq̄ in eternum. Et nunc hec dicit dñs: Nequaq̄: sed glorificātes me glorificabo: et q̄ spernit me spernet. Ecce dies ueniūt: et exterminabo semē tuū et semen domus patris tui: et nō erit tibi senior in domo mea omnib⁹ diebus: et uirū exterminabo tibi ab altari meo: ut deficiat oculi eius et defluat anima ei⁹. Et oīs

qui supererit domus tue: decidet in gladio uirorū. Et hoc tibi signum q̄ ueniret sup duos filios tuos Ophni et Phinees una die moriētur abo. Et suscitabo mihi sacerdotē fidelē: q̄ oia que in corde meo et in anima mea sūt faciet: et edificabo ei domū fidelem: et transibit coram christo meo omnib⁹ diebus. Et erit qui supererit i domo tua: ueniet adorare ei obolo argenti dicens: Facta me in unā partem sacerdotij tui manducare panē. Non ē ut dicatur istam prophetiā ubi sacerdotij ueteris tāta manifestatione prenūtiata mutatio ē in Samuele fuisse cōpleta. Quāq̄ cim nō esset d̄ alia tribu Samuel. q̄ que cōstituta fuerat a domino ut seruiret altari: tamē nō erat de filijs Aaron: cuius p̄genies fuerat deputata: ut inde fierent sacerdotes. Ac p̄ hoc in ea quoq̄ re gesta eadem mutatio que p̄ christū iesū fuerat futura adumbrata ē: et ad uetus testamētū. p̄prie figurate uero pertinebat ad nouū p̄phetia tam facto etiā ipso q̄ uerbo. id scilicet facto significans: qd̄ uerbo ad Heli sacerdotē dictū est p̄ prophetam. Nam fuerunt postea sacerdotes ex genere Aaron: sicut Sadoch et Abiathar regnāte Dauid: et alij deinceps anteq̄ tēpus ueniret quo ista que de sacerdotio mutādo tanto añ predicta sūt effici p̄ christū oportebat. Quis autē nūc fidelis oculo hec intues nō uideat esse cōpleta: quādo q̄ dem nullū tabernaculū: nullū tēplū: nullū altare: nullū sacrificiū: et iō nec ullus sacerdos remāsīt iudeis: q̄bus ut de semine Aaron ordinaretur in dei fuerat lege mandatū. Quod et hic cōmemoratū est illo dicēte p̄pheta: hec dicit dominus deus israel: dixi: domus tua et domus patris tui trāsibunt corā me usq̄ in eternū. Et nunc dicit dñs: Nequaq̄. s̄ glorificantes me glorificabo: et q̄ me spernit spernet.

Quod eim nominat domū patris ei⁹ nō eū de pximo patre dicere: sed de illo Aaron qui primus sacerdos ē isti tutus: de cuius pgenie ceteri sequerentur superiora demonstrāt: ubi ait Reuelatus sum ad domū patris tui: cū eēt i terra Egypti hū i domo Pharaonis: ⁊ elegi domū p̄is tui ex ōnib⁹ sceptris israel mibi sacerdotio sūgi. Quis pat̄ fuit huius i illa egyptia fuitute. vñ cū liberatū fuissent: elect⁹ ē ad sacerdotiū nisi Aaron: De hui⁹ ergo stirpe isto loco dixit futurū fuise nō ut eēt ulterio⁹ sacerdotes. Qd iam uidemus impletū. Vigilet fides: p̄sto sūt res: cernuntur: tenentur: ⁊ uide re uolentiū oculis ingeruntur. Ecce inquit dies ueniūt: ⁊ exterminabo sem tuum ⁊ semen domus patris tui: ⁊ n̄ erit tibi senior i domo mea omnibus diebus: ⁊ uirū exterminabo tibi ab altari meo: ut deficiāt oculi eius ⁊ defluat aīa eius. Ecce dies q̄ prenūciati sunt iā uenerūt: null⁹ sacerdos ē fm ordinē Aaron. Et quicumq; ex ei⁹ genere ē hō: cū uideret sacrificiū christiana norū toto orbe pollere: sibi autē honore illū magnū eē subtractū: deficiunt oculi eius ⁊ defluit aīa eius tabemerosis. Proprie autē ad hui⁹ domū Heli cui hec dicebātur qd sequitur pertinet: ⁊ ōis qui supererit dom⁹ tue decidet in gladio uiroz. Et hoc tibi signū qd ueniet sup duos filios tuos Ophni ⁊ Phinees. Die uno moriēt ambo. Hoc ergo signū factū ē mutādi sacerdotij de domo huius: quo signū significatū ē mutandū sacerdotium domus Aaron. Mors q̄ppe filiorū huius significauit mortē nō hominū sed ipsius sacerdotij de filijs Aaron. Quod autē sequit̄ ad illum iā pertinet sacerdotē: cui⁹ figurā gessit huic succedēdo Samuel. Proinde q̄ sequuntur: de christo iesu noui testamti uero sacerdote dicūt. Et suscitabo

mibi sacerdotē fidelē: qui ōnia que i corde meo ⁊ que i anima mea sūt faciat: ⁊ edificabo ei domū fidelem. Ipsa ē eterna ⁊ superna hierusalem. Et trāsibit inq̄t corā christo meo ōnibus diebus. Trāsibit dixit cōuersabit: sicut superius dixerat de domo Aaron: dixi domus tua ⁊ domus patris tui trāsibūt corā me in eternū. Qd autē ait coram christo meo trāsibit: d̄ ipsa utiq; domo intelligēdū ē: non de illo sacerdote qui ē christus ipse mediator atq; saluator. Domus ergo eius corā illo trāsibit. Pōt ⁊ trāsibit itelligi de morte ad uitā: omnib⁹ diebus q̄bus peragit usq; in finē seculi huius ista mortalis. Quod autē ait deus: qui ōia que i corde meo ⁊ que i anima mea sūt faciat: nō arbitremur habere animā deū cum sit conditor anime: sed ita hoc de deo tropice nō proprie dicit: sicut manus ⁊ pedes ⁊ alia corporis mēbra. Et ne secundum hoc credat homo i carnis hui⁹ effigie factus ad imaginē dei: addūtur ⁊ ale quas utiq; nō habet homo: ⁊ dicitur deo: sub umbra alarū tuarū ptege me: ut intelligāt homines de illa ineffabili natura: nō p̄p̄ris sed translatis rerū uocabulis ista dici. Quod uero adiūgitur: ⁊ erit q̄ supererit in domo tua ueniet adorare ei: nō p̄pe dicit de domo huius Heli: sed illius Aarō de qua usq; ad aduētū christi homines remanserūt: de quo genere etiā nūc usq; nō desūt. Nam de illa domo huius Heli iam supradictum erat. Et ōis qui supererit domus tue decidet in gladio uiroz. Quomō ergo hic uere dici potuit: ⁊ erit q̄ supererit i domo tua ueniet adorare ei: si illud ē uerū q̄ ultore gladio nēo inde supererit: nisi q̄ illos itelligi uoluit q̄ pertinet ad stirpē: sed illius totius sacerdotij secundū ordinē Aaron. Ergo si ē de illis predestinatis reliquijs

de quibus alius ppheta dixit: relinque salue fiet: vnde et apostolus: sic ergo iquit et in hoc tempore reliquie per electionem gratie salue facte sunt: quia de talibus reliquijs bene intelligit esse de quo dictum est: qui supererit in domo tua profecto credit in christum: sicut tempore apostolorum ex ipsa gente plurimi crediderunt: neque nunc desunt qui licet rarissime tamen credant: et implet in eo quod hic iste homo dei continuo secutus adiunxit: ueniet adorare ei obolo argenti: cui adorare nisi summo illi sacerdoti qui et deus est: Neque enim in illo sacerdotio secundum ordinem aaron ad hoc ueniebant homines ad templum uel altare dei: ut sacerdotem adorarent. Quid est autem quod ait obolo argenti: nisi breuitate ubi fidei: id quo commemoratur apostolus dictum uerbum consumans et breuius faciet dominus super terram: Argentum autem pro eloquio poni psal mista testis est ubi canit. Eloquia domini eloquia casta: argentum igne examinatum. Quid ergo dicit iste: qui uenit adorare sacerdoti dei et sacerdoti deo: Facta me in partem sacerdotum tuum manducare panem. Nolo in patrum meorum collocari honore qui nullus est. Facta me in partem sacerdotum tuum: elegi enim abiectus esse in domo domini. quaecumque et contumeliosum membrum esse cupio sacerdotum tuum. Sacerdotium quippe hic ipsam plebem dicit: cuius plebis ille sacerdos est mediator dei et hominum homo christus iesus. Cui plebi dicit apostolus petrus: plebs sancta regale sacerdotium. Quauis nonnulli sacrificium tuum sint interpretati non sacerdotum tuum. Quod nihilominus eundem significat populum christianum: vnde dicit paulus apostolus unus panis: unum corpus multi sumus. Et iterum exhibeatis corpora uia hostiam uiuam. Quod ergo addidit manducare panem: etiam ipsum sacrificium genus eleganter expressit id quo dicit sacerdos

ipse. panis quem ego dederam: caro mea est pro seculi uita. Ipsum est sacrificium non secundum ordinem aaron: sed secundum ordinem melchisedec: qui legit intelligatur. Breuis itaque est ista confessio et saluberrima humilis: qua dicitur. Facta me in partem sacerdotum tuum manducare panem. Ipse est obolus argenti: quia et breue est et eloquium domini est habitantis in corde credentis: Quia enim dixerat superius dedisse se domui aaron cibos de uictimis ueteris testamenti: ubi ait dedi domui patris tui omnia que sunt filiorum israel in escam: hec quippe fuerant sacrificia iudaeorum: ideo hic dicit manducare panem: quod est in nouo testamento sacrificium christianaorum.

De iudaico sacerdotio et regno: quod cum in eternum dicatur: statuta non permanent: ut alia intelligatur que spondetur eterna cap. vi.

c **U**m igitur hec tanta tunc altitudine prenunciata sint: quanta nunc manifestatione clarescunt: non frustra tamen moueri quispiam potest ac dicere: quomodo confidimus conuenire omnia que in libris illis uentura predicta sunt: si hoc ipsum quod ibi diuinitus dictum est domus tua et domus patris tui transibunt coram me in eternum effectum habere non potuit: quoniam uidemus illud sacerdotium fuisse mutatum: et quod illi domui promissum est nec sperari aliquando complendum: quia illud quod ei reprobato mutatoque succedit: hoc potius predicatur eternum: hoc qui dicit: nodum intelligit aut non recolit etiam ipsum nec secundum ordinem aaron sacerdotium: tanquam umbram futuri eterni sacerdotum constitutum: ac per hoc quando ei eternitas promissa est: non ipsi umbre ac figure: sed ei quod per ipsam adumbrabat figurabatque promissum est. Sed ne putaret ipsa umbra materia: ideo et mutatio eius debuit prophetari.

Regnū quoq; isto modo etiā saulis ipsius qui certe reprobatus atq; reiectus ē: futuri regni erat umbra in eternitate māsuri. Oleum q̄ppe illud quo unctus ē: et ab eo chrisimate christus ē dictus: mystice accipiendum et magnū sacramentū intelligendū est. Quod in eo tantū ueneratus est ipse dauid: ut percusso corde pauitauerit quādo ī tenebroso occultatus antro quo etiā saul urgēte intrauerat necessitate nature: exiguā particulā uestis eius retrorsū latēter abscidit: ut haberet vnde monstraret quō ei peperceit cū posset occidere: atq; ita suspiciōe de animo eius qua sanctū dauid putans inimicū suum vehemēter persequebatur auferret. Ne itaq; reus cēt tanti sacramēti ī saule uiolati: q̄a uel indumentū eius sic attrectauerit extimuit. Ita eim scriptū ē: et percussit cor dauid super eū: quia abstulit pennulam chlamydis eius. Viri autē q̄ cum illo erāt: et ut saulem in manus suas traditū interimeret suadebāt: nō mihi iquit contingat a domino: si fecero hoc uerbū domino meo christo domini inferre manū meam super eum: quia christus domini est. Huic ergo umbre futuri: nō ppter ipsam s; ppter illud quod prefigurabat tanta ueneratio exhibebatur. Unde et illud quō ait saul samuel: quoniam nō seruasti mandatū meū quod mandauit tibi dominus: quēadmodū nunc parauerat dominus regnū tuū usq; ieternū super israel: et nunc regnū tuū nō stabit tibi. Et queret dominus nūc sibi hominē secundū cor suum: et mandabit ei dominus esse in principem sup populū suum: quia nō custodisti que mandauit tibi dominus: nō sic accipiendum est ac si ipsum saulem deus ī eternum preparauerit regnaturum: et hoc postea noluerit seruare peccanti. Neq; eiz eū peccaturz eē nesciebat:

sed preparauerat regnū eius ī quo figura regni esset eterni. Ideo addidit: et nūc regnū tuū nō stabit tibi. Stetit ergo et stabit quod ī illo significatur ē. Sed nō huic stabit: quia nō in eternū ipse fuerat regnaturus nec p̄gēs eius: ut saltem p̄ posteros altero alteri succedente uideret impleri quō dēm ē in eternū. Et queret iquit deus sibi hominē: siue dauid siue ipsum mediatorem significans testamēti: noui q̄ figurabatur ī chrisimate etiā quo unctus ē ipse dauid et p̄gēs eius. Nō autē quasi nesciat ubi sit ita deus hominem sibi querit: sed per hominem more hominū loquitur: quia et sic loquendo nos querit. Non solū eiz deo patri uerū etiā ipsi quoq; unigenito eius q̄ uenit querere quod perierat: usq; adeo iā eram? noti ut ī ipso esse m? electi añ cōstitutionē mūdi: Queret sibi ergo dixit p̄ eo ac si diceret: quē suū eē iā nouit: sibi eē familiarēz alijs oñder. Un̄ ī latia lingua hoc uerbū scilicet querit accipit prepositiōez: et acq̄rit dicit: quō satis apertū ē quid significet. Quāq; et sine additamento p̄positionis querere intelligat acquirere: ex quo lucra uocātur et questus.

De diruptione regni israelitici: q̄ prefiguratur p̄petua diuisio israel spiritalis ab israel carnali cap. vij.

r Ursus peccauit saul p̄ iobediētā: et rursus samuel ait illi in uerbo dñi: quia spreuisti uerbū domini: spreuit te dñs: ut n̄ sis rex super israel. Et rursus p̄ eodem peccato cū id cōfiteretur saul et ueniam precaretur rogaretq; samuelem ut reuertere cū illo ad placandū deum: non reuertar inquit tecū: quia spreuisti uerbū dñi: et spreuit te dominus ut nō sis rex super israel. Et conuertit samuel faciez suam ut abiret: et tenuit saul pennulā

diplodis eius et dirupit eam: et dixit ad eum samuel. Dirupit dominus regnum israel de manu tua hodie: et dabit proximo tuo bono super te. Et dividetur israel in duo: et non conuertetur nec penitebit eum: quonia non est sicut homo ut peniteat eum. Ipse miatur et permanet. Iste cui dicitur spreuit te dominus ut non sis rex super israel: et dirupit dominus regnum ab israel de manu tua hodie quadraginta regnavit annos super israel: tanto scilicet spatio temporis quanto et ipse dauid: et audiuit hoc primo tempore regni sui: ut intelligamus ideo dictum: quia nullus de stirpe eius fuerat regnaturus: et respiciamus ad stirpem dauid: vnde exortus est secundum carnem mediator dei et hominum homo christus iesus. Non autem habet scriptura quod in plerisque latinis codicibus legitur: dirumpet dominus regnum israel de manu tua: sed sicut a nobis positum est inuentum in grecis: dirupit dominus regnum ab israel de manu tua: ut intelligat de manu tua quod est ab israel. Populi ergo israel personam figurate gerebat homo iste: qui populus regnum fuerat amissurus christo iesu domino nostro per novum testamentum non carnaliter sed spiritualiter regnatura. De quo cum dicitur et dabit illud proximo tuo ad carnis cognationem id refert. Ex israel enim christus secundum carnem: vnde et saul. Quod vero additum est bono super te: potest quidem intelligi meliori te. Nam et quidam sic sunt interpretati: sed melius sic accipitur bono super te: ut quia ille bonus est ideo sit super te: iuxta illud aliud propheticum. Donec ponam omnes inimicos tuos sub pedibus tuis. In quibus est et israel cui suo persecutori regnum abstulit christus. Quamvis fuerit illic et israel in quo dolus non erat: quoddam quasi frumentum palearum illarum. Nam utique inde erant apostoli: ide tot martyres quorum prior stephanus: ide tot

ecclesie quas apud paulus commemorat in conversione eius magnificantes deum: de qua re non dubito intelligendum esse quod sequitur: et dividetur israel in duo: in israel scilicet inimicum christi: et israel adherentem christo: in israel ad ancillam: et israel ad liberam pertinentem. Nam ista duo genera primum simul erant: velut abraam adhuc adhereret ancille: donec sterilis per dei gratiam fecundata clamaret eque ancillam et filium eius: propter peccatum quidem salomonis: regnante filio eius roboam scimus israel in duo fuisse divisum: atque ita perseverasse habitibus singulis partibus reges suos: donec illa gens tota a chaldeis esset ingenti vastatione subversa: atque translata. Sed hoc quod ad saule cum si tale aliquid comminandum esset: ipsi dauid fuerit potius comminandum cuius erat filius salomon. Postremo nunc inter se gens hebraea divisa non est: sed indifferenter in eisdem erroris societate dispersa per terras. Divisio vero illa quam deus sub persona saulis illius regni et populi figuram gerentis eidem regno populoque minatus est: eterna atque immutabilis significata est: per hoc quod adiunctum est: et non conuertetur neque penitebit eum: quonia non est sicut homo ut peniteat eum. Ipse minatur et permanet. Id est homo minatur et non permanet: non autem deus quem non penitet sicut homines. Ubi enim legitur quod eum peniteat mutatio rerum significatur immutabili presentia manente divina. Ubi ergo non penitere dicitur: non mutare intelligitur. Prorsus insolubile videmus per hec verba prolata divinitus fuisse sententiam: de ista divisione populi israel et omnino perpetua. Quicumque enim ad christum transierunt vel transeunt: vel transibunt inde: erant inde secundum dei presentiam: non secundum generis humani unam eandemque naturam. Prorsus quicumque ex israelitis adherentes

christo perseverat in illo: nūq̄ erunt cū eis israelitis q̄ eius inimici usq̄ in finem uite hulus esse persistūt: sed in diuisione que hic prenūciata ē perpetuo permancbūt. Nihil eim̄ p̄dest testamentū uctus de monte sina in seruitutez generās: nisi quia testimoniū perhibet testamēto nouo. Alioquin q̄diu legit moyses: uelamē sup corda eorū positū ē. Luz aut̄ ide quisq̄ trāsierit ad christū: auferet uelamē. Trāsseuntū quippe int̄tlo ipsa mutatur de utere ad nouū: ut nō iam quisq̄ intendat accipere carnalē: sed spiritualē felicitatem. Propter quod ip̄e magn⁹ propheta samuel anteq̄ unxisset regem saul: quādo exclamauit ad dñm pro israel et exaudivit eum: et cū offerret holocaustū accidētibus alienigenis ad pugnā contra populū dei tonuit dominus super eos et cōfusi sūt: et offenderūt coram israel atq̄ superati sunt: assumpsit lapidem unum et statuit illum inter masephat nouam et ueterem: et uocauit nomē eius abēnezer quod est latine lapis adiutorij. Et dixit usq̄ huc adiuuit nos dominus. Masephat interpretatur itētio. Lapis ille adiutorij medietas est saluatoris: per quem transeundum est a masephat uetere ad nouā: id ē ab intentione qua expectabat̄ i carnali regno beatitudo falsa carnalis: ad intentionē qua per nouū testamentū expectatur i regno celoꝝ beatitudo uerissima spiritualis. Qua quoniā nihil ē melius: hucusq̄ adiuuat deus.

De pmissiōib⁹ ad dauid in filio eius: q̄ nullatenus in salomone sed plenissime inueniūtur i christo. c. viij.

i Am nūc uideo eē monstrādū: qd̄ ipsi dauid q̄ sauli successit i regnū: cuius mutatōe finalis illa mutatio figurata ē: ppter quā diuinitus

cūcta dicta cūcta cōscripta sūt: de p̄ miserit quod ad rem de qua agimus p̄tinet. Cum regi dauid multa prospera puenissent: cogitauit facere deo domū: templū illud scilicet excellētissime diffamatū: qd̄ a rege salomone filio eius postea fabricatū est. Hoc eo cogitate factū ē uerbū domini ad nathan pphetam: quod perferret ad regem. Ubi cū deus dixisset q̄ non ab ipso dauid sibi edificaretur domus: neq̄ p̄ tantū tēpus se mādassee cuiquā in p̄plo suo: ut sibi fiēt dom⁹ cedrina: et nūc iquit hec dices seruo meo dauid. hec dicit dñus ōnipotēs. Accepi te de ouili ouīū ut esses i ducē super populū meū israel: et erā tecum i ōnibus quibus igrediebaris: et exterminauī ōes ūmicos tuos a facie tua: et feci te nominatū secundū nomē magnorū q̄ sunt sup terram. Et ponam locū populo meo israel: et plātabo illum et inhabitabit seorsū: et nō sollicitus erit ultra: et nō apponet fili⁹ iniquitatis humiliare eū: sicut ab iūctio a diebus q̄bus cōstitui iudices super pplm̄ meū israel: et requiē tibi dabo ab ōibus inimicis tuis: et nūciauīt tibi dominus quoniā domū edificabis ipsi. Et erit cū impleti fuerit dies tuī et dormies cū patribus tuis: et suscitabo semē tuū post te q̄ erit de uētre tuo: et reparabo regnū eius. Hic edificabit mibi domū nomini meo: et dirigam thronū eius usq̄ ineternū. Ego ero illi i patrē: et ipse erit mibi i filiū. Et si uenerit iniquitas illius: redarguā illū in uirga uiroz̄ et in tactibus filiorū hominū: misericordiam aut̄ meam nō amoueam ab eo: sicut amouī a quib⁹ amouī faciem meā: et fidelis erit domus eius: et regnū eius erit usq̄ ineternū coram me: et thronus eius erit erectus usq̄ ineternū. Hanc ergo tā grandē promissionē q̄ putat in salomone fuisse completam

multū errat. Attēdit eīm quod dictū ē hic edificauit mihi domū: quoniam salomon templū illud nobile struxit: et nō attēdit fidelis erit domus eius: et regnū eius usq; in eternū corā me. Attēdat ergo et aspiciat salomōis domū plenā mulierib⁹ alienigenis colētib⁹ deos falsos: et ipsum ab eis regem aliquādo sapientē in eandē idolatriā seductū atq; defectū: et nō audeat existimare deū uel hoc promissū se mēdaciter: uel talem salomonē domūq; eius futurā nō potuisse prescire. Non hic autē deberem⁹ ambigere: nec si nō christo domino nostro q̄ factus ē ex semine dauid secundum carnem iam uideremus ista compleri: ne uane atq; inaniter hic aliū aliquē requiramus: sicut carnales iudei. Nam et ipsi usq; adeo fillium quem loco isto regi dauid pmissum legūt intelligunt nō fuisse salomonē: ut eo qui pmissus ē tanta iā manifestatione declarato: adhuc mirabili cecitate aliū sperare se dicāt. Facta ē quidē nōnulla imago rei future etiā i salomone: in eo q̄ templum edificauit et pacem habuit sibi nomē suum. Salomon quippe pacificus ē latie: et i exordio regni sui mirabiliter laudabilis fuit: sed eadē sua persona per umbrā futuri prenūciabat etiā ipse christe christū dominum nostrū: nō exhibebat. Unde de illo quedā ita scripta sūt: quasi de ipsa ita p̄dca sint: dum scriptura sancta etiā rebus gestis prophetans quodāmodo in eo figurā delineat futurorū. Nam p̄ter libros diuine historie ubi regnasse narratur. psalmus etiā septuagesim⁹ primus titulo nominis ei⁹ iscript⁹ ē: in quo tā multa dicūtur que dōno ei cōuenire nō possūt: domino autē christo apertissima p̄spicuitate cōueniūt: ut euidenter appareat q̄ in illo figura qualicunq; adumbrata sit: in isto autē ipsa ueritas presentata. Notum ē eīm

quibus f̄minis regnū conclusum fuerat salomonis. Et tamē in eo psalmo legitur ut alia taccam: dominabitur a mari usq; ad mare: et a flumine usq; ad terminos orbis terre quod i christo uidemus impleri. A flumine quippe dominādi sumpsit exordiu: ubi baptizatus a iōanne eo demonstrare cepit agnosci a discipulis: q̄ eū nō solū magistrū: uex et dominū appellauerūt. Nec ob aliud uiuēte adhuc patre suo dauid regnare salomon cepit: quod nulli eorū regum cōtingit: nisi ut hinc quoq; satis eluceat nō eē ipsū quem p̄pheta ista p̄signat: que ad ei⁹ patrē loquit⁹ dicēs Et erit cū impleti fuerit dies tui et dormies cū patrib⁹ tuis: suscitabo semē tuū p⁹ te q̄ erit de uentre tuo: et p̄parabo regnum ei⁹. Quomō ergo p̄pter id qd sequit⁹ hic edificabit mihi domū: iste salomon putabitur p̄phetatus: et nō potius propt̄ id qd precedit: cū impleti fuerint dies tui et dormies cū patrib⁹ tuis: suscitabo semē tuū post te: alius pacific⁹ intelligitur eē p̄missus: qui nō añ sicut iste sed post mortē dauid prenūciat⁹ ē suscitādus? Quālibet eiz longo iterposito tēpore iesus christus uenerit: p̄culdubio post mortem regis dauid cui sicut ē p̄missus eum venire oportebat: qui edificaret domū domino nō de lignis et lapidib⁹: sed d̄ hominib⁹: qualem illū edificare gaudem⁹. Huic enim domui dicit apostolus hoc ē f̄delibus christi. Templū enim dei factum ē: quod estis uos.

Quā silis i psalmo. lxxviij. sit p̄pheta d̄ christo his: q̄ i regnoz libru⁹ nathan p̄phete p̄mittūt cap. ix.

p Ropt̄ qd et i psalmo. lxxviij. cui⁹ ē titul⁹ intellect⁹ ipsi ethan israelite: cōmemorāt p̄missiones dei facte regi dauid: et istis que in libro

regnoꝝ sūt posita quedam ibi similia dicūtur sicut ē iurauit dauid suo meo usq; in eternū preparabo semē tuꝝ. Et iterū. Tūc locutus es i aspectu filiꝝ tuis ⁊ dixisti: posui adiutoriū sup potētē: ⁊ exaltaui electū d̄ plebe mea. Inueni dauid seruū meū: oleo sancto meo vnxi eū. Manus eim mea auxiliabitur ei: ⁊ brachiū meū confortabit eū. Non proficiet inimicus in eo: ⁊ filius iniquitatis nō apponet nocere ei: ⁊ concidam inimicos eius a facie ipsius: ⁊ eos qui oderunt eū fugabo. Et veritas mea ⁊ misericordia mea cū ipso: ⁊ in nomine meo exaltabitur cornu eius. Et ponā in mari manum eius: ⁊ i fluminib⁹ dextrā eius. Ipse inuocabit me pater meus es tu deus meus ⁊ susceptor salutis mee. Et ego primogenitū ponā illū excelsū apud reges terre. In eternū seruabo illi misericordiam meā: ⁊ testamentū meꝝ fidele ipsi. Et ponā in seculū seculi semen eius: ⁊ thronū eius sicut dies celi. Que omnia de domino iesu intelliguntur sub nomine dauid: ppter formam serui quā de semine dauid ideꝝ mediator dei assumpsit ex virgine. Cōtinuo etiā dicit de peccatis filioꝝ ei⁹: tale aliquid quale in regnorum libro positū ē: ⁊ quasi de salomone procliuus accipit. Ibi nāq; hoc ē i regnoꝝ libro: ⁊ si uenerit inquit iniquitas: ei⁹ redarguā illum in uirga uirorū ⁊ in tactibus filiorum hominū: misericordiam autē meam nō amoueam ab eo. Tactibus significans plagas correctionis. vñ illud ē: ne tetigeritis christos meos. Quod qd ē aliud q̄ ne leseritis: In psalmo uero cū ageret tāq; de dauid: ut quiddā eiusmodi etiā ibi diceret: si dereliquerint inquit filij ei⁹ legem meā: ⁊ in iudicijs meis nō ambulauerint: si iustitias meas pphauerint: ⁊ mandata mea non custodierint: uisitabo in uirga iniquitates

eorum: ⁊ in flagellis delicta eorum: misericordiā autem meā nō dispergā ab eo. Non dixit ab eis cū loqueret de filijs eius: nō de ipso: s; dixit ab eo qd bene intellectū tandē ualet. Nō eim christi ipsius qd ē caput ecclie possēt inueniri ulla peccata que opus esset humanis correctionibus seruata misericordia diuinitus coerceri: sed i ei⁹ corpore ac mēbris qd populus ei⁹ ē. Ideo in libro regnoꝝ iniquitas eius dicit: in psalmo autē filioꝝ eius: ut intelligamus de ipso dici quodāmodo qd de eius corpore dicit. Propter quod etiā ipse de celo cū corpus eius qd sē fideles eius psequeret saulus: saule inquit saule qd me persequeris: Deid̄ in cōsequentibus psalmi neq; nocebo inquit i ueritate mea: neq; pphabo testamentū meū: ⁊ que pcedūt de labijs meis nō reprobabo. Semel iurauit in sancto meo si dauid mentiar: id ē nequaq; dauid mētiar. Solet eim sic loq; scriptura. Quid autē nō mentiat: adiūgit ⁊ dicit: semē ei⁹ i eternū manebit: ⁊ sedes eius sicut sol i conspectu meo: ⁊ sicut luna perfecta in cœlum: ⁊ testis in celo fidelis.

Quā diuersa acta sint i regno terre hierusalē ab his q̄ pmiserat deus: ut intelligeret pmisionis ueritas ad alter⁹ r̄gis ⁊ regni glam ptinere. c. x.

p Ost hec tate pmisionis ualidissima firmamēta: ne putarēt in salomone cōpleta: tāq; id sperarēt nec inueniret: tu uero inq̄t repulisti et ad nihilū deduxisti dñe. Hoc q̄ppe factum ē de regno salomonis in posteris eius: usq; ad euerfionē ipsius terrene hierusalē: q̄ regni eiusdem sedes fuit: ⁊ maxime ipsi⁹ rēpli labē qd fuerat a salomone pstructū. Sed ne ob hoc putaret de⁹ ptra sua pmissa fecisse: cōtinuo subiecit. Distulisti christū

tuū. Non ē ergo ille salomon: sed nec ipse dauid: sed dilatus ē christus dñi cum eim christi diceretur ones reges mystico illo chrismate cōsecrati non solā a rege dauid ⁊ deinceps: sed ab illo etiā saule q̄ populo eidē rex primus ē vnctus. Ipse q̄ppe dauid eum christū domini appellat: erat tñ unus christus uer⁹ cuius illi figurā pphetica vnctione gestabāt: qui fm̄ opinionem hominū q̄ eū putabāt in dauid uel in salomone intelligēdum differebatur in longū: secundū autē dispositionem dei uerurus suo tēpore parabatur. Interea dū ille differē: quid factum sit de regno terrene hierusalem ubi sperabat⁹ utiq̄ regnatur⁹: securus iste psalmus adiūxit atq̄ ait *Euertisti testamentū serui tui: prophanasti i terra sanctitatē eius: destruxisti ones macerías ei⁹: posuisti munitiones ei⁹ in formidinē. Diripuerūt eū omnes transeūtes uiam: factus ē opprobriū uicinis suis Exaltasti dexterā inimicorū eius: locūdasti oēs inimicos eos. Aduertisti adiutoriū gladij eius: ⁊ n̄ es opitulat⁹ ei i bello. Dissoluisti eū ab emūdatione: sedē eius i terra collisisti. Minuisti dies sedis ei⁹: pfudisti eum in cōfusione. Nec omnia uenerūt super ancillā hierusalē: in qua regnauerūt nōnulli etiā filij libere regnum illud tenētes i dispēsatione tēporali: regnū autē celestis hierusalē cui⁹ erant filij in uera fide habentes: ⁊ in uero christo sperātes. Quomodo autē ista uenerint super illud regnum: iudex ē rerum gestarum si legatur hīstoria.*

De substātia ppli dī q̄ p successiōez carnis icristo ē: q̄ sol⁹ eruēdi animā suam ab inferis habuit potestatem cap. xi.

p *Ost hec autē ista pphetata ad precandū deū ppheta cōuertit⁹:*

sed ⁊ ipsa precatio pphetatio ē. Usq̄ quo dñe auertis in sinē subaudit⁹ faciem tuā: sicut alibi dicit⁹ usq̄quo auertis faciem tuā a me. Nam ideo q̄dā codices hīc nō habēt auertis s̄z auertis: q̄q̄ possit intelligi auertis misericordiam tuā quā pmisisti dauid. Quod autē dixit in sinē: q̄d ē nisi usq̄ in sinē? Qui finis intelligendus ē ultimū tēpus: qñ in christū iesum ēt gens illa ē creditura: ante quē sinē illa fieri oportebat q̄ superius erūnosa defleuit: ppter que ⁊ hīc sequit⁹: exardescet sicut ignis ira tua: memēto que ē mea substātia. Nihil hīc melius q̄ ipse iesus intelligit⁹ substātia populī eius: ex quo natura ē carnis eius. Non eiz uane inq̄t cōstituiti omnes filios hominum: nisi eim esset unus filius hominis substātia israel: per quē filium hominis liberarētur ml̄ti filij hōiuz: uane utiq̄ cōstituti eēnt oēs filij hominū. Nūc uero omnis quidē hūana natura per peccatū primi hominis in uanitatē de ueritate collapsa ē. ppter q̄d dicit alius psalmus. Homo uanitati similis factus ē: dies eius uelut umbra pretereunt. Sed nō uane de⁹ cōstituit oēs filios hominū: qz ⁊ multos a uanitate liberat per mediatorē iesum. Et quos liberādos nō esse presciuit adutilitatē liberandoruz: ⁊ cōparatiouē duarū inter se a contrario ciuitatū: nō utiq̄ uane i torius rationalis creature pulcherrīa atq̄ iustissima ordinatione cōstituit. Deide sequit⁹. Quis ē hō q̄ uiuet ⁊ nō uidebit mortē: eruet aiām suā de manu inferi? Quis ē iste nisi de substātia illa israel ex semie dauid christus iesus: de quo dicit apostol⁹: q̄ surgēs a mortuis iā nō morit⁹: ⁊ mors ei ultra nō dñabit⁹. Sic eim uiuit ⁊ nō uidebit mortē: ut tamē mortuus fuerit: sed aiām suam eruerit de manu inferi: qz ppter quorundā soluēda peccatorum uicula ad

iferna descēderat. Eruit autē potestate illa de qua in euāgelio dicit: potestatem habeo ponēdi animā meā: et potestatem habeo iterū sumendi eam.

Ad quoz psonā ptinere intelligēda sit flagitatio pmissorū: de quib⁹ in psalmo dicit: ubi sūt mie tue antique domine cap. xij.

f Ad cetera psalmi huius q̄ ita se habēt: ubi sūt miserationes tue antiq̄ dñe: quas iurasti dauid in ueritate tua. Memor esto dñe opprobriū seruoꝝ tuoz: qđ cōtinui in sinu meo multarū gentiū: qđ exprobauerūt inimici tui dñe: qđ exprobauerūt cōmutationē christi tui: utrū ex p̄sōa dēa sint illoꝝ isralitarū q̄ desiderabāt reddi sibi p̄missione q̄ facta ē ad dauid: an poti⁹ ad christianoꝝ q̄ non s̄m carnē sed s̄m sp̄m sunt isralite: merito queri pōt. Dicta sūt q̄ppe ista ul̄ scripta tēpore quo fuit ethan: de cuius noīe titulū iste psalm⁹ accepit: et idē tēpus regni dauid fuit: ac p̄ hoc nō diceret ubi sunt miserationes tue antique dñe quas iurasti dauid in ueritate tua: nisi eoz psonā in se p̄pheta trāfiguraret: q̄ longe postea futuri erāt: quib⁹ hoc tēpus eēt antiquū qñ regi dauid ista p̄missa sūt. Potest autē intelligi dictū hoc eē propter multas gētes: qñ christianos p̄sequebātur p̄ p̄phetam exprobrasse illis passionem christi: quā scriptura cōmutationem uocat: qm̄ moriēdo imortalis fact⁹ ē. Pōt et cōmutatio christi s̄m hoc accipi exprobrata isralitis: qz cū eoz speraret futur⁹ factus ē gentiū: et hoc eis nūc exprobrabāt multe gētes: que crediderūt in eū p̄ testamētū nouum illis in uetustate manētib⁹: ut iō dicitur memēto dñe opprobriū suorū tuoz: quia nō eos obliuiscēte sed potius miserante domino et ipsi p̄ hoc

opprobriū credituri sūt: Sed ille quē prius posui cōuentior sensus mihi uidet: inimicis eim christi quib⁹ exprobrat q̄ eos ad gētes transiēs reliquerit christus: incōgrue uox ista cōaptatur memēto dñe opprobriū suorū tuoz. Non eim serui dei nūcupandi sūt tales iudei. Sz eis ūba ista cōpetūt q̄ cū graues hūilitates perfectionū p̄ christi noīe paterēt: recordari potuerūt excelsum regnū semini dauid fuisse p̄missū: et eius desiderio dicere nō desperādo sed petēdo: querendo: pulsando: ubi sūt misericordie tue antique dñe: quas iurasti dauid in ueritate tua. Memēto dñe opprobriū seruoꝝ tuoz: qđ cōtinui in sinu meo multarū gentiū: hoc ē in interioribus meis patiēter ptuli: q̄ exprobrauerūt inimici tui domine: q̄ exprobrauerūt cōmutationē christi tui: nō eā putantes cōmutationē sed consumationē. Quid est autem memento domine: nisi ut miserearis: et pro tolerata patienter humilitate mea reddas celsitudinem quam iurasti dauid in ueritate tua: Si autem iudeis assignem⁹ hec uerba: illi serui dei talia potuerūt dicere: qui expugnata terrena hierusalem anteq̄ iesus christus hūanitus nasceret in captiuitatē ducti sūt intelligentes cōmutationē christi: quia. s. nō p̄ eum terrena carnalisq̄ felicitas qualis paucis ānis regis salomonis apparuit: sz celestis eēt ac sp̄ualis fideliter expectāda quā tunc ignozans infidelitas gentiū cū dei populū exultabat atq̄ insultabat eē captiuū: qđ aliud q̄ christi cōmutationē s̄ sciētibus nesciens exprobrabat: Et iō qđ sequit ubi psalm⁹ iste cludit: bñdictio dñi in eternum fiat fiat uniuerso populo dei ad celestem hierusalem ptinēt: siue in illis q̄ latebāt in testamēto ueteri anteq̄ reuelaret nouū: siue in his q̄ iam testamēto nouo reuelato

manifeste pertinere cernuntur ad christum: satis congruit. Benedictio quippe domini in semine dauid. non ad aliquod tempus qualis diebus salomonis apparuit: sed in eternum speranda est qua certissima spe dicitur fiat fiat. Illius enim spei est confirmatio uerbi huius iteratio. Hoc ergo intelligens dauid ait in primo regum libro: vnde ad istum psalmum digressi sumus et locutus es pro domo serui tui in longinquo. Iohannes autem per paululum ait. Nunc incipe et benedic domum serui tui usque in eternum et cetera: quia tunc geniturus erat filius ex quo progenies eius duceretur ad christum pro qua futura erat domus eius eterna: eademque domus dei. Domus enim dauid propter genus dauid: domus autem dei eadem et ipsa propter templum dei: de hominibus factum non de lapidibus: ubi habitet in eternum populus cum deo et in deo suo: et deus cum populo atque in populo suo: ita ut deus sit implens populum suum: et populus plenus deo suo: cum deus erit omnia in omnibus ipse in pace premium qui uirtus in bello. Ideo cum in uerbis nathan dictum sit: et enunciauit tibi dominus quonia domum edificabis ipsi: postea dictum est in uerbis dauid: quonia tu dominus omnipotens deus israel reuelasti aurem serui tui dicens: domum edificabo tibi. Hanc enim domum et nos edificamus bene uiuendo: et deus ut bene uiam operulando. Quia nisi dominus edificauerit domum: in uanum laborauerunt edificantes eam. Cuius domus cum uenerit ultia dedicatio: tunc fiet illud quod hic per nathan locutus est deus dicens. Et ponam locum populo meo israel: et plantabo illum et inhabitabit securus: et non sollicitus erit ultra: et non apponet filius iniquitatis humiliare eum: sicut ab initio a diebus quibus constitui iudices super populum meum israel.

An promissa pacis ueritas illis temporibus possit ascribi que sub salomone

fluxerunt. c. xiiij.

h Hoc tam magnam bonum quisquis in hoc seculo et in hac terra sperat: insipienter sapit. An quisquam putabit in pace regni salomonis id esse completum? Pace quippe illa scripta in umbra futuri excellenti predicatione commendat. Sed huic suspicioni uigilanter occursum est: cum postea dictum est non apponet filius iniquitatis humiliare eum: continuo subiunctum est. Sicut ab initio a diebus quibus constitui iudices super populum meum israel. Iudices namque priusquam ibi reges esse cessarent super illum populum fuerant constituti: ex quo terra promissionis accipit. Et utique humiliabat eum filius iniquitatis: hoc est hostis alienigena: per interualla temporum quibus legitur pacem alternasse cum bellis: et inueniuntur illic pacis tempora plura quam salomon habuit: qui. xl. regnauit annos. Nam sub eo iudice qui est appellatus aoth. lxxx. anni pacis fuerunt: absit ergo ut salomonis tempora in hac promissione predicta esse credantur. Multo minus itaque cuiuslibet regis alteri. Non enim quisquam eorum in tanta quanta ille pace regnauit: nec unquam omnino gens illa ita regnum tenuit: ut sollicita non fuerit ne hostibus subderet: quia in tanta mutabilitate rerum humanarum nulli aliquando populo concessa est tanta securitas: ut huic uite hostiles non formidaret incursum. Locus ergo iste qui promittit tam pacate ac secure habitandis: eternus est eternusque debet in matre hierusalim libera: ubi erit ueraciter populus israel: hoc enim nomen interpretatur uidens deum. Cuius premium desiderio pia per fidem uita in hac erumosa peregrinatione ducenda est.

De studio dauid in dispositione psalmorum. c. xiiij.

p Recurrete igitur per tempora ciuitate dei: primo in umbra futuri in terrena

scilicet hierusalem regnauit dauid. Erat autem dauid uir in canticis eruditus: qui harmoniam musicam non uulgari uoluptate sed fidelis uoluntate dilexit: eaque deo suo quam uerus est deus mystica rei magne figuracione seruiert diuersorum sonorum rationabilis moderatusque concertus concordi uarietate compacta bene ordinate ciuitatis insinuat unitatem. Denique omnis fere prophetia eius in psalmis est: quos centum quinquaginta liber continet: quem psalmoz uocamus. In quibus nonnulli uolunt eos solos factos esse a dauid: quod et nomine inscripti sunt. Sunt item qui putant non ab eo factos: nisi qui prenotant ipsius dauid: qui uero habent in titulis ipsi dauid: ab alijs factos persone ipsi fuisse coaptatos. Que opinio uoce angelica saluatoris ipsi refutatur: ubi ait: quod ipse dauid in spiritu christum dixerit esse suum dominum: quoniam psalmus ceterimus nonus sic incipit. Dixit dominus domino meo sede a dextris meis: donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum. Et certe idem psalmus non habet in titulo ipsius dauid: sed ipsi dauid: sicut plurimi. Mihi autem credibilis uidetur estimare: qui omnes illos centum et quinquaginta psalmos eius operi tribuunt: eumque aliquos prenotasse etiam nominibus aliorum aliquid quod ad rem pertineat figuratibus: ceteros autem nulli hominis nomen in titulis habere uoluisse: sicut ei uarietatis huius dispositionem quous latebrosam non tamen inanem dominus inspirauit. Nec mouere debet ad hoc non credendum: quod nonnullorum nomina prophetarum qui longe post dauid regis tempora fuerunt: quibusdam psalmis in eo libro leguntur inscripta: et qui ibi dicuntur uelut ab eis dici uidentur. Neque eorum non potuit propheticus spiritus prophetam regi dauid hec etiam futurorum prophetarum nomina reuelare: ut rex aliquid quod eorum persone conuenire prophetice cantaret: sicut rex iosias exorturus et regnaturus

post annos amplius quam trecentos: cuiusdam prophete qui est facta eius futura predixit cum suo nomine reuelatus est.

An omnia que in psalmis de christo et ecclesia prophetantur: ad contextum huius operis coaptanda sint. c. xv.

nunc Unc iam expectari a me uideo ut hoc loco libri huius aperiam quod in psalmis dauid de domino iesu christo uel eius ecclesia prophetauerit: ego autem ut hoc non ita faciam sicut uidetur ipsa expectatio postulare: quous iam in uno fecerim copia quam inopia magis impedior. Oia enim ponere uitae dilectationis causa prohibeor: uereor autem ne cum aliqua elegero: multis que ea nouerunt uidear magis necessaria preuisse. Deinde quod testimonium quod profertur de contextione totius psalmi dicitur habere suffragium: ut certe nihil sit quod ei refraget si non oia suffragantur: ne more centonum ad rem quam uolumus tamquam uersiculos decerpere uideamur: uelut de retrogrado carmine quod non de re illa sed de alia longeque diuersa reperiat esse scriptum. Hoc autem ut in quocumque psalmo possit ostendi: exponendum est totum: quod quous operis sit et aliorum et nostra uoluntia in quibus hoc fecimus satis indicat. Legat ergo illa que uoluerit et potuerit: et inueniet quot et quanta rex dauid idemque propheta de christo et eius ecclesia prophetauerit: de rege scilicet et ciuitate quam condidit.

De his que in xliiij. psalmo ad christum et ecclesiam pertinencia: aut apte dicuntur aut tropice. c. xvi.

quia Uamlibet eorum de quacumque re proprie sint atque manifeste prophetice locutiones: necesse est ut eis et tropice misceantur: que maxime propter tardiores ingerunt doctoribus laboriosum disputandi exponendumque negocium. Queda tamen

christū et eccliam ipsa p̄ma facie mox ut dicūt ostendūt: et si ex ocio restant exponēda que i eis minus intelligūt. Quale illud ē in eodē psalmoz libro Eructauit cor meū uerbū bonū: dico ego opera mea regi. Lingua mea calamus scribe uelocit̄ scribētis. Speciosus forma p̄ filijs hominū: diffusa ē gratia i labijs tuis: propterea benedixit te de⁹ in eternū. Accingere gladium tuū circa femur tuū potētissime. Specie tua et pulchritudine tua: intēde prospere: p̄cede: et regna. Propter ueritatē et mansuetudinē et iustitiā: et d̄ducat te mirabilē dextera tua. Sagitte tue acute potētissime: ppli sub te cadēt in corda inimicōz regis. Sedes tua deus i seculoz secula: uirga directionis uirga regni tui. Dilexisti iustitiam et odio habuisti iniquitatē: p̄ptea uenit te de⁹ deus tu⁹ oleo exultatiōis p̄ participib⁹ tuis. Myrrha et gutta et cassia a uestimētis tuis: a dōibus et burneis: ex quib⁹ delectauerūt te filij regū i honore tuo. Quis n̄ hic christū quē p̄dicamus et in quē credimus quālibet sit tard⁹ agnoscat: cū audeat deū cuius sedes ē i secula seculoz et uentū a deo utiqz sicut uenit de⁹: nō uisibili s̄z sp̄uali atqz itelligibili christmate. Quis eim tā rudis ē i hac religione ul̄ tā surdus aduersus ei⁹ famā longe lateqz diffusam: ut christum a christmate hoc ē ab uinctione appellatū eē nō norit. Agnito autē rege christo: iā cetera q̄ hic tropice dicta sunt: quomō sit speciosus forma pre filijs hominū: quadā tāto magis amanda atqz mirāda quāto minus corporea pulchritudie: q̄s gladi⁹ ei⁹ q̄ sagitte et cetera isto mō nō p̄prie s̄z tropice posita: iā subditus ei q̄ regnat propter ueritatē et mansuetudinē et iustitiā inquirat ex ocio. Deinde aspiciat ei⁹ ecclēsiā tāto uiro suo sp̄uali cōnubio et diuino amore coniūctā de qua dicit i

his q̄ sequūt. Astitit regina a dextris tuis i uestitu deaurato: circūamicta ueritate. Audi filia et uide et inclina aure tuā: et obliuiscere populū tuū et domū patris tui. Quoniā cōcupiuit rex specie tuā: q̄a ē dñs deus tuus: et adorabūt eū filij tyri i munerib⁹. Uultū tuum deprecabūtur omnes diuites plebis: ōnis gloria eius filie regis intrinsecus i fimbrijs aureis circūamicta ueritate. Afferentur regi uirgines post eā: p̄xime eius afferētur tibi i letitia et exultatione: adducētur i tēplū regis. Pro patrib⁹ tuis nati sunt tibi filij: cōstitues eos principes sup ōnē terram. Memores erūt nominis tui dñe: i omni generatione et progenie. Propterea populi cōfitebūtur tibi i eternū et in seculū seculi. Non opinor quēqz ita desipere: ut hic aliquā mulierculā p̄dicari credat atqz describi: coniugē uidelicet illius cui dictum ē: Sedes tua de⁹ i secula seculoz: uirga directionis uirga regni tui. Dilexisti iustitiā et odisti iniquitatē: p̄pterea uenit te deus de⁹ tu⁹ oleo exultationis pre participib⁹ tuis: christū utiqz p̄ christianis. Hi sūt ei⁹ participes ei⁹: ex quoz in ōnibus gētib⁹ unitate atqz cōcordia fit ista regia: sicut et i alio psalmo de illa dicit: ciuitas regis magni. Ipsa ē sion sp̄ualiter: qd̄ nomē latine interpretatū ē speculatio. Speculat enim futuri seculi magnū bonū: quoniam illuc dirigit eius intētio. Ipsa ē et hierusalem eodē mō sp̄ualiter vñ multa iā diximus: eius inimica ē ciuitas diaboli babilon q̄ cōfusio interpretat. ex qua tamē babilone regina ista in ōniū gentiū generatione liberat: et a pessimo rege ad optimū regē id est a diabolo transit ad christū. Prop̄ qd̄ ei dicit: obliuiscere pplm tuū et domū patris tui. Locus ciuitatis ip̄ie porcio s̄z israelite sola carne nō fide: inimici et ipsi magni huius regis eiusqz regine.

Ad ipsos eiz ueniēs ⁊ ab eis christus occisus: magis aliorū factus ē quos nō uidit in carne. Unde per cuiusdaz psalmi pphetiā dicit ipse rex n̄ Erues me de cōtradictionibus populū: cōstitues me in caput gentiū. Popul⁹ quē nō cognoui fuit mihi in auditu auris obediuit mihi. Populus ergo iste gentiū quē nō cognouit christus presentia corporali: in quē tamē christū sibi annūciatū credit: ut merito d̄ illo diceret i obauditu auris obediuit mihi: quia fides ex auditu ē: iste inq̄ popul⁹ additis ueris ⁊ carne ⁊ fide israelitis: ciuitas ē dei: que ipsum quoq; secundū carnē peperit christū: q̄ in solis illis israelitis fuit. Inde quippe erat uirgo maria: i qua carnē christ⁹ ut hō eēt assumpsit. De qua ciuitate psalmus ali⁹ ait. Mas sion dicet hō ⁊ hō factus ē i ea: ⁊ ipse fundauit eā altissim⁹. Quis ē altissimus nisi de⁹? At p hoc christus deus anteq̄ in illa ciuitate p mariā fieret: hō ipse in patriarchis ⁊ pphetis fundauit eā. Luz igit̄ huic regine ciuitati dei tāto antedictū sit p pphetiā qd̄ iam uidem⁹ impletū: pro p̄ibus tuis nati sūt tibi filij: cōstitues eos principes sup omnē terrā: ex filijs q̄ppe eius super omnē terrā sūt prepositi principes: cū cōfiteant̄ ei populū concurrētes ad eā cōfessione laudis eterne in seculū seculi: pculdubio q̄quid hic tropicis locutionibus subobscure dictū est quomodo intelligat̄ debet his rebus manifestissimis conuenire.

De his q̄ ad sacerdotiū christi in psalmo .c. ix. ⁊ d̄ his q̄ i psalmo .xli. ad passionē ipsi⁹ spectat̄ cap. xvij.

Icut etiā i illo psalmo ubi sacerdos christ⁹ quēadmodū hic rex aptissime p̄dicat̄: dixit dñs dño meo sede a dextris meis: donec ponā

uimicos tuos scabellū pedū tuoz: sedere christ⁹ ad dextrā dei p̄is credit̄: nō uidef. Eius etiā uimicos poni sub pedib⁹ eius nodū apparet. Id igitur apparebit̄ i sine: nūc hoc uere credit̄: post uidebit̄. Uerū hoc qd̄ sequitur uirgā uirtutis tue emittet dñs ex sion dominare i medio inimicorū tuorū: ita clarū est ut nō solū isideli⁹ ⁊ infelicit̄: sed etiā impudēter neget. Et ipsi q̄ppe fatētur inimici ex sion misam fuisse legē christi: qd̄ euangelium nos uocamus: ⁊ eā uirgā uirtutis ei⁹ agnoscimus. Dominari uero eum in medio inimicorū suorum iudem ipsi inter quos dominat̄ dēibus ⁊ tabescendo ⁊ nihil aduersus eum ualendo testatur. Deinde q̄ paulo post dicit Iurauit dñs ⁊ nō penitebit eū: quibus uerbis imutabile futurum esse signat quod adiūgitur: tu es sacerdos in eternum secundū ordinē melchisedec: ex eo q̄ iam nusq̄ ē sacerdotiū ⁊ sacrificium fm ordinē aaron: ⁊ ubiq; offert̄ sub sacerdote christo: qd̄ ptulit melchisedec quādo benedixit abraam q̄f ambigere permittit̄ de quo ⁊ ista dicant̄: Ad hec itaq; manifesta referūt que paulo obscurius in eodē psalmo posita sūt: que quō recte intelligātur: i nostris iam popularib⁹ sermonibus notū fecimus. Sic ⁊ in illo ubi passionis sue humilitatē per prophetiaz christus loquit̄ dicēs. Foderūt man⁹ meas ⁊ pedes meos: dinumerauerūt omnia ossa mea. Ipsi uero cōsiderauerūt ⁊ inspexerūt me: quib⁹ unq; v̄bis in cruce corpus significauit extētum manibus pedibusq; confixis: ⁊ clauoz transuerberatione confossis: eoq; mō se spectaculū cōsiderantibus cōspiciētibus prebuisse. Addens etiā diuiserūt sibi uestimēta mea: ⁊ super uestem meam miserūt sortem. Que prophetia quēadmodū iplēta sit euāgelica narrat hystōia. Tūc pfecto alia

recte et intelliguntur que sibi minus aperte dicta sunt: cum congruunt his que tanta manifestatione claruerunt: preferunt cum et illa que non transacta credimus sed presentia contuemur: sicut in eodem psalmo leguntur tanto ante predicta ita nunc exhibita iam toto orbe terrarum cernuntur. Ibi enim paulo post dicitur. commemorabuntur et conuertentur ad dominum uniuersi fines terre: et adorabunt in conspectu eius omnes patrie gentium: quoniam domini est regnum: et ipse gloriabitur gentium.

De psalmo tertio et de. xl. et de. xv. et de. lxxij. in quibus mors et resurrectio domini prophetantur cap. xvij.

d *Resurrectione quoque eius nequaquam psalmoz oracula tacuerunt. Nam quod est aliud quod in psalmo tertio ex persona eius canitur: ego dormiui et somnum cepi: et exurrexi quoniam dominus suscepit me: An forte quisquam ita desuperit ut credat uelut aliquid magni nobis indagare uoluisse prophetaz: quod dormierit et exurrexerit: nisi somnus iste mors esset: et euigilatio resurrectio: quam de christo sic oportuit prophetari: Nam et in quadagesimo multo manifestus id ostenditur: ubi ex persona eiusdem mediatoris more solito tanquam preterita narratur que futura prophetabantur: quoniam que uentura erant iam in predestinatione et prescientia dei uelut facta erant: quia certa erant. Inimici inquit mei dixerunt mala mihi: quando morietur et peribit nomen eius. Et si ingrediebatur ut uideret: uana locutum est cor eius: congregauit iniquitatem sibi. Egrediebatur foras et loquebatur simul in unum: aduersum me susurrabant omnes inimici mei: aduersum me cogitabant mala mihi: uerbum iniquum constituerunt aduersus me. Nunquid qui dormit non adiciet ut resurgat?*

Hec certe ita posita sunt uerba: ut nihil aliud dixisse intelligatur quam si diceret: nunquid qui moritur non adiciet ut reuiuiscat: Superiora quippe demonstrant mortem ipsius cogitasse et disposuisse inimicos eius: et hoc actum esse pro eum qui ingrediebatur ut uideret. Qui autem hic non occurrat ex discipulo eius factus traditor iudas: Quia ergo facturi erant quod moliebantur: id est occisuri erant eum: ostendens illos uana malitia frustra occisuros et surrecturum: sic adiecit hunc uersum uelut diceret. Quid agitis uani? Quod uestrum est scelus: meus somnus erit. Nunquid qui dormit non adiciet ut resurgat: Et tamen tam magni nefas non impune facturos consequentibus indicat uersibus dicens. Etiam homo pacis mee in quo speraui qui edebat panes meos: ampliauit super me calcaneum suum: id est conculcauit me. Tu autem inquit domine miserere mei et resuscita me et reddam illis. Quis hoc iam neget: qui iudeos post passionem resurrectionemque christi de sedibus suis bellica strage et excidio fundit? eradicatoros uidet: Occisus enim ab eis resurrexit: et reddidit eis iterum temporaneam disciplinam: excepto quod non correctis seruat quando uiuos et mortuos iudicabit. Nam dominus ipse iesus istum ipsum traditorem suum per panem porrectum ostendens apostolis hunc etiam uersum psalmi huius commemorauit et in se dixit impletum. Qui edebat panes meos ampliauit super me calcaneum suum. Quod autem ait in quo speraui: non congruit capiti sed corpori. Neque enim nesciebat eum ipse saluator de quo ante iam dixerat unus ex uobis diabolus est: sed solet in se membrorum suorum transferre personam: et sibi tribuere quod est illorum: quia caput et corpus unus est christus. Unde illud est in euangelio. Esuriui et dedistis mihi

manducare: quod exponēs ait. Quādo unī ex minimis meis fecistis mihi fecistis. Se itaq; dixit sperasse: quod tunc sperauerūt de iuda discipulī eius quī ē cōnumeratus ap̄l̄s. Iudei autē christum quē sperāt: moriturū eē nō sperant. Ideo quē lex ⁊ p̄phete annūcia uerunt: n̄m eē nō putāt: sed nescio quem suū: quem sibi alienū a mortis passione confingūt. Ideo mirabili uanitate atq; cecitate. uerba que posui mus nō mortē ⁊ resurrectionem: sed somnum ⁊ euigilationem significasse contendunt. Sed clamat eis etiā quī tusdecimus psalm⁹: propter hoc iocundatum ē cor meum: ⁊ exultauit lingua mea: insuper ⁊ caro mea req̄escit in spe: quoniā nō derelinques animam meā ī inferno: nec dabis sanctum tuum uidere corruptionē. Quis in ea spe diceret requieuisse carnem suam: ut nō derelicta anima sua ī inferno: sed cito ad eam redcunte reuīuīsseret: ne corrūperetur sicut cadauera corrumpi solent: nisi qui die tertio resurrexit: quod utiq; dicere non possūt de p̄pheta ⁊ rege dauid. Clamat ⁊ sexagesimūseptimus psalm⁹. Deus noster deus saluos faciendī: ⁊ dñi dñi exitus mortis. Quid apert⁹ diceretur? Deus eīm saluos faciendī: dominus ē iesus quod interpretatur saluator siue salutaris. Nā ratio nominis hui⁹ hec reddita ē: quādo pri⁹ q̄ ex uirgine nasceret dictū est: paries filiū ⁊ uocabis nomē eius iesum. ipse eīm saluū faciet populū suum a peccatis eorū. In quorum peccatorū remissionem quā sanguis eius effusus ē nō utiq; oportuit eū de hac uita exitus alios habere quā mortis. Ideo cum dictū esset deus noster deus saluos faciendī: continuo subiūctum ē: ⁊ domini domini exit⁹ mortis: ut ostēderetur moriēdo saluos eē factururus. Sed mirādo dictum ē ⁊ domini: tāq;

diceretur. Talis ē ista uita mortalī: ut nec ipse dominus aliter ab illa exiret nisi per mortem.

De psalmo. lxxvii. in quo iudeorū p̄tinax ifidelitas declarat cap. xix.

S Ed ut iudei tā manifestis huius p̄phetie testimonijs ēt reb⁹ ad effectū tā clarū certūq; predictis omnino nō credāt profecto in eis illud implet quod in eo psalmo q̄ hūc sequitur scriptū ē. Cum eīm ⁊ illic ex p̄sona christi que ad eius passionem pertinent propheticē dicerentur: cōmemoratum ē quod in euāgelio patuit. Dederunt in escam meam fel: ⁊ ī siti mea dederunt mihi potum acetū. Et uelut post tale comuiuiū epulas q; sibi huiusmodi exhibitas mox i tulit. fiat mensa eorum coram ipsīs in mscipulam: ⁊ in retributionem ⁊ in scandalum. Obscurentur oculi eorum ne uideant: ⁊ dorsum eorum super incurua. Et cetera que nō optando sunt dicta sed optandi specie prophetando predicta. Quid ergo mirū si hec manifesta nō uidēt: quorum oculi sūt obscurati ne uideant? Quid mirū si celestia nō suspiciūt: qui ut in terrena sint proni dorsum eorū semp incuruātū ē? His eīm uerbis translatis a corpore: uitia significantur animorum. Ista de psalmis hoc ē de p̄phetia regis dauid satis dicta sint ut aliquis modus sit. Ignoscāt autē qui hec legūt. ⁊ cūcta illa nouerūt ⁊ d̄ his q̄ fortasse firmiora me p̄termisisse ul̄ intelligūt ul̄ existimāt nō querant.

De regno ac merito dauid: ⁊ de filio ipsius salomone eaq; p̄phetia q̄ ad christū p̄tinēs inuenitur: uel in eis libris qui scriptis ipsius copulantur: uel in eis quos ipsius esse nō dubiū est cap. xx.

r Egnauit ergo dauid i terrena hierusalē filius celestis hierusalē: diuino multū testimoniō pdicatus: quia ⁊ delicta ei⁹ tāta pietate superata sunt per saluberrimā penitēdi humilitatē: ut prorsus iter eos sit de quib⁹ ipse ait. Beati quorum remisse sunt iniquitates: ⁊ quorum tecta sūt peccata. Post hunc regnauit eidem populo uniuerso salomon eius filius qui ut supra dictū ē patre suo uiuente cepit regnare. Hic bonis inuicē malos exitus habuit. Quippe secūde ref que sapientium animos fatigant magis huic obfuerūt: q̄ profuit ipsa sapientia etiā nūc ⁊ deinceps memorabilis: ⁊ tūc longe lateq; laudata. Prophetasse etiā ipse reperitur i suis libris: qui tres recepti sūt in auctoritatem canonicā. Prouerbia: Ecclastes: Lanticum canticorū. Alij uero duo quorū unus sapientia alter ecclesiasticus dicitur: propter eloquij nōnullā similitudinē ut salomonis dicantur obtinuit cōsuetudo: nō autē eē ipsi⁹ nō dubitāt doctiores eos tamen i auctoritatem maxime occidentalis anti quitus recepit ecclesia. Quorum in uno qui appellatur sapientia salomonis: passio christi apertissime ppheta tur. Impij quippe interfectores eius cōmemorātur: dicentes Circumueniamus iustū: quoniā insuauis ē nobis: ⁊ contrarius ē operibus nostris: ⁊ im properat nobis peccata legis: ⁊ infamat in nos peccata discipline nostre. Promittit se scientiā dei habere: ⁊ filium dei se nominat: factus ē nobis i traductionem cogitationū nostrarū. Grauis ē nobis etiā ad uidendū: quoniam dissimilis est alijs uita illius: ⁊ immutata uie eius. Tanq̄ nugaces estimati sumus ab illo ⁊ abstinet se a uijs nostris quasi ab imūditijs. Profert nouissima iustorum: ⁊ gloriatur patrem se deum habere. Uideamus

ergo si sermones illius ueri sunt: ⁊ tē temus que uentura sunt illi: ⁊ sciem⁹ que erunt nouissima illius. Si enim iustus ē filius dei: suscipiet illum ⁊ liberabit eum de manu contrariorū. Contumelia ⁊ tormēto interrogem⁹ illum: ut sciamus reuerentiā illius ⁊ probemus patientiam ipsius: morte turpissima cōdennemus eum. Erit enim ei respectus in sermonibus illi⁹. Hec cogitauerūt ⁊ errauerūt: excecavit eim illos malitia eorū. In ecclastico autē fides gentiū futura predictur isto modo. Miserere nostri dominator deus omnium: ⁊ imitte timorē tuum super oēs gentes. Ex tolle manus tuā super gentes alienas: ⁊ uideāt potentiam tuā: ut sicut coram illis factificatus es in nobis: ita coram nobis magnificeris in illis: ⁊ agnoscat te secundū quod nos agnouimus te: quia nō deus preter te domine. Hanc sub optandi ⁊ precādi spem prophetiam per iesum christum uidem⁹ impletā: sed aduersus cōtradictores nō tanta auctoritate proferūtur que scripta nō sunt i canone iudeorū. In trib⁹ uero illis quos salomonis esse cōstat ⁊ iudei canonicos habent: ut ostendatur ad christū ⁊ eccliam pertinere quod in eis eiusmodi reperitur: operosa disputatio necessaria ē: que nos ultra q̄ oportet si nūc adhibeatur extēdit: tñ q̄ in prouerbis legitur uiros impios dicere: abscondamus in terra uirum iustū iniuste: absorbeamus uero euz tanq̄ iserus uiuentē: ⁊ auferam⁹ ei⁹ memoriā de terra: possessionē eius p̄ciosam apprehendam⁹ nō ita obscurā ē: ut de christo ⁊ possessione eius ecclia sine laboriosa expositione non possit intelligi. Tale quippe aliquid etiā dominus ipse iesus per euangelicam parabolā ostendit dixisse malos colonos. Hic ē heres. Venite occidamus eū: ⁊ nostra erit hereditas. Itēq;

illud i eodē libro quod iā añ perfrī
ximus cū ageremus de sterili que pe
perit septē: nō nisi de christo ⁊ ecclia
mox ut fuerit pronūciatum cōsueuit
intelligi: ab his qui christū sapiētā
dei eē nouerunt. Sapiētā edificauit
sibi domū ⁊ suffulsit columnas sep
tē: inolauit suas uictimas: miscuit
in cratere uinū suum: ⁊ parauit men
sam suā. Misit seruos suos cōuocās
cum excellēti predicatōne ad craterē
dicens. Quis est insipiēs diuertat ad
me. Et inopibus sensu dixit. Venite
⁊ manducate de meis panibus: ⁊ bi
bite uinū quod miscui uobis. Hic cer
te agnoscimus dei sapiētiam: hoc ē
uerbum patri coeternum i utero uir
ginali domum sibi edificasse corpus
humanū: ⁊ huic tanq̄ capiti mēbra
ecclesiam subiūxisse: martyrum uicti
mas immolasse: mensam i uino ⁊ pa
nibus preparasse. Ubi apparet etiā
ad sacerdotiū secundū ordinē Mel
chisedec insipiētes ⁊ inopes sensu uo
casse: quia sicut dicit apostolus: infir
ma huius mūdi elegit deus ut cōfun
deret fortia. Quibus etiā t̄mē in
firmis quod sequit̄ dicit. Derelinq̄te
insipientiā ut uiuat̄s: ⁊ querite pru
dentiā ut habeatis uitam. Participā
aut̄ fieri mense illius: ipsum ē icipere
habere uitā. Nam ⁊ in alio libro qui
uocatur ecclesiastes ubi ait: nō est bo
num homini nisi q̄ manducabit ⁊ bi
bet: q̄d credibilius dicere intelligit̄: q̄
quod ad participatiōnē mense huius
pertinet: ⁊ quā sacerdos ipse media
tor testamēti noui exhibet secundum
ordinē melchisedec: de corpore ⁊ s̄a
guine suo: Id eim sacrificiū successit
omnibus illis sacrificiis ueteris testa
menti: que immolabatur in umbra
futuri. Propter quod etiā uocē illaz
in psalmo tricesimo ⁊ nono eiusdez
mediatoris per prophetiā loquētis
agnoscimus. Sacrificiū ⁊ oblationē

noluit: corpus aut̄ pfectū mibi q̄a
pro illis omnibus sacrificiis ⁊ obla
tionibus corpus eius offertur ⁊ par
ticipātibz ministratur. Nam istum
ecclesiasten in hac sentētia manducā
di ⁊ bibendi quam sepe repetit pluri
mūqz commēdat: nō sapere carna
les epulas uoluptatis satis illud ostē
dit ubi ait. Melius ē ire in domum
luctus q̄ ad domū pot̄. Et paulop̄:
cor iquit sapiētū in domo luctus:
⁊ cor insipientū in domo epularū:
Sed illud magis commemorādū exi
stio de hoc libro: q̄d ptinet ad ciuita
tes duas: vnā diaboli ⁊ altaz christi:
⁊ earū reges: diabolu ⁊ christuz: Ue
tibi terra iquit cuius rex adolescens:
⁊ principes tui mane comedunt. Be
ata tu terra cuius rex tuus filius i ge
nuorū: ⁊ principes tui i tempore co
medunt i fortitudiue ⁊ nō in cōfusio
ne. Adolescentem dixit diaboliū: pp̄
stultitiā ⁊ superbiam ⁊ temeritatē
⁊ petulantia: ceteraqz uitia que huic
etati affolent abūdare. Christus autē
filium ingenuorum sanctorum scilicet
patriarcharū pertinentiū ad libe
ram ciuitatē: ex quibus ē in carne p
genitus. Prīcipes illius ciuitatis ma
ne manducātes id est ante horaz con
gruam: quia nō expectant opportu
nam que uera ē in futuro seculo fel
icitatē festināter beari huius seculi ce
lebritate cupiētes. Prīcipes aut̄ ciui
tatis christi: tēpus nō fallacis beati
tudinis patiēter expectāt. Hoc ait in
fortitudine ⁊ nō i cōfusione: qz n̄ eos
fallit spes d̄ qua dicit apostolus. spes
autē nō cōfundit. Dicit ⁊ psalmus:
Etenim qui te expectāt non confun
dentur. Jam uero canticum cantico
rum spiritalis quedam sanctorū est
uoluptas mentium in cōiugio illius
regis ⁊ regine ciuitatis: quod ē chri
stus ⁊ ecclia. Sz hec uoluptas allego
ricis tegminibz inoluta ē: ut desidēt

ardētius uideatur que iocundius: et appareat sponsus cui dicitur i eodem cātico: equitas dilexit te: et spōsa que ibi audit: caritas in delictis tuis. Tācīte multa transimus cura huius operis terminandi.

De regibus post Salomonem: siue in Iuda siue in israel cap. xxi.

c Ceteri post Salomonez reges hebreorū uix inueniuntur: p̄ ali qua enigmata doctorū suorū rez ue gestarū: qđ ad christū et ad eccliam p̄tineat prophetaſſe: siue i iuda siue in israel: Sic eim appellate sūt illius populi partes: ex quo propter Salomonis offensā tēpore filij eius Roboam qui patri successit i regnū deo uindicante diuisus ē. Proinde tribus decē quas accepit Jeroboā seruus Salomonis rex eis i samaria p̄stitit: p̄pe uocabātur israel: quīs hoc uniuersū illius populi nomē esset. Duab⁹ uero tribubus Iude scilicet et Beniamin: que p̄pter Dauid ne penitus regnū stirpis eius fuisset eradicatū remāserant subiacentes ciuitati hierusalem: Iude nomē fuit: quia ipsa erat trib⁹ unde Dauid: Beniamin uero tribus altera ad idēz regnū sicut dixi p̄tinēs erat: unde fuit Saul rex ante Dauid. Sed simul iste due tribus ut dictū ē iuda uocabātur: et hoc nomine discernantur ab israel: q̄ appellabantur proprie decem tribus habētes suum regem. Nam tribus Leui quoniā sacerdotalis fuit: deī nō regnū seruitio mācipata tertia decima numerabat. Ioseph q̄ppe unus ex duodecim filijs israel: nō unā sicut ceteri singulas: s̄ duas trib⁹ fecit: Ephrez et Menassē. Uerūtāmē ē trib⁹ Leui ad regnū hierosolymitanū p̄tinebat magis: ubi erat deī tēplū cui ſuiebat. Diuiso igit̄ populo p̄mus regnauit i hierusalem

Roboā rex iuda filius Salomonis. et i samaria Jeroboā rex israel seru⁹ Salomonis. Et cū uoluisset Roboā tanq̄ tyrannidem diuise ptis illi⁹ bello p̄seq̄: p̄hibit⁹ ē pplus pugnare cū fratrib⁹ suis dicēte deo per p̄phetā se hoc fecisse. Unde apparuit nullū i ea re uel regis israel uel ppli fuisse peccatum: sed uoluntatē domini uindictis impletā fuisse. Qua cognita pars utraq̄ iter se pacata cōq̄cui: nō eiz religionis s̄z regni fuerat fca diuisio.

De Jeroboam q̄ impietate idolatrie subditū sibi pplim p̄phanauit i quo et tñ nō d̄stitit de⁹ et p̄phetias ispirāz et mltos s̄b idolatē crie custodiū. c. xxij.

u Erū rex israel Jeroboā: mente puerſa nō credēs dei quē ueracem p̄misso sibi regno datoq̄z p̄baue rar: timuit ne ueniedo ad tēplū dei qđ erat i hierusalem: quo secundū diuinā legē sacrificādī cā uniuerse illi gēti ueniēdū fuit: seduceret ab eo pplis et stirpi Dauid tanq̄ regio semini redderetur: instituit idolatriā i regno suo: et pplim dei secū simulacroz cultu obstructū nefanda impietate decepit. Nec tamē oīno cessauit deus nō solū illū regē: uerū etiā successores et impietatis imitatores pplimq̄z ipsū arguere p̄ p̄phetas. Nā ibi extiterūt et magni illi insignesq̄z p̄phete: q̄ etiā mirabilia multa fecerūt: Helias et Helissē discipulus eius. Ibi etiā dicēti Helie domine p̄phetas tuos occiderūt: altaria tua suffoderunt: et ego relic⁹ sum solus et querūt aiām meā. Responsum est illic eē: septem milia uiroz: q̄ non curuauerunt genua ante Baal.

De uario utriusq̄z regni hebreoz statu: donec ambo ppli i captiuitatē diuerso t̄pē duceret̄ reuocato postea iuda i regnū suū: qđ nouissime in romanorū trāsijt̄ potestatē cap. xxij.

i Temq; in regno iuda pertinēte ad hierusalem etiā succedentium regum tēporibus nō defuerunt prophete: sicut deo placebat eos mittere uel ad prenunciandū quod opus erat: uel ad corripiēda peccata precipiendamq; iustitiā. Nam ⁊ illic ⁊ si longe minus q̄ in israel: tamē extiterunt reges q̄ suis impietatibus deū grauius offenderēt: ⁊ moderatis flagellis cū populo simili plecterentur. Dicoꝝ sane regū merita ibi nō parua laudantur. In israel autē reges alios magis: alios minus: omnes tamen reprobos legimus. Utraq; igitur pars sicut iubebat diuina prouidētia ul' sinebat: uarijs ⁊ erigebat prosperitatibus: ⁊ aduersitatibus premebat: ⁊ sic affligebatur nō solū externis: uerum etiā inter se ciuilibus bellis: ut certis existētibus causis misericordia dei ira patefceret: donec eius indignatiōe crescēte uniuersa gens illa a chaldeis debellātibus nō solū subuerteret i sedibus suis: sed etiam ex maxima sui parte transferret i terras assyrioz: pri^o illa pars que uocabatur israel in tribubus decē: postea uero ēt Judas euersa hierusalem ⁊ templo illo nobilissimo in quibus terris per annos septuaginta captiuum egit ocia. post quos inde dimissa templū quod euersum fuerat restaurauit. Et q̄uis plurimi eius in alienigenarum degerent terris: nō habuit tamen deinceps duas regni partes ⁊ duos diuersos in singulis partibus reges: sed in hierusalem princeps eorū unus erat: atq; ad dei templū quod ibi erat omnes undiq; ubicūq; eēt ⁊ undecūq; possēt per certa tēpora ueniebāt. Sz nec tūc eis hostes ex alijs gentib^o expugnatores defuerūt. Nam etiā romanorū iā tributarios eos christus inuenit.

De prophetis q̄ uel apud iudeos

postremi fuerūt: uel quos circa tempus natiuitatis christi euangelica p̄dit historia cap. xxiiij.

t Oto autem illo tēpore ex quo redierunt de babilonia post Malachiam: Aggeū ⁊ Zachariam qui tunc prophetauerūt ⁊ Esdrā nō habuerunt prophetas usq; ad saluatoris aduentum: nisi alium Zachariam patrem Joannis: ⁊ Elisabet eius uxorem christi natiuitate iam proxima: ⁊ eo iam nato Simeonē senē ⁊ Annam uiduam iamq; grandeuam: ⁊ ipsū Joannē nouissimū. q̄ iuuenis iam iuuenē christū nō quidem futurū predixit: sed tamen incognitū pphetica cognitione monstrauit: ppter qd̄ ipse dominus ait. Icy ⁊ pphete usq; ad Joannē. Sed istorū quinq; pphetatio ex euāgelio nobis nota ē: ubi ⁊ ipsa uirgo mat̄ dñi ante Joannē prophetasse inuenit. Sz hāc istorū pphetiam iudei reprobi nō accipiūt: acceperunt autē q̄ ex cis innumerabiles euangelio crediderūt. Tūc eim uere israel diuisus ē i duo diuisione illa: q̄ p Samuelem pphetā Sauli regi ē imutabilis p̄nūciata. Malachiā uero Aggeum Zachariā ⁊ Esdrā: etiā iudei reprobi i auctoritatē canonicā receptos nouissimos habent. Sunt enim ⁊ scripta eoz sicut alioꝝ: q̄ i magna multitudine pphetarūt perpauca: et scripserūt q̄ auctoritatē canonicis obtinerēt. De quoz p̄d̄cis q̄ ad christū ecclesiāq; ei^o ptinēt: nōnulla mihi in hoc ope uideo ponēda eē. Qd̄ cōmodi^o fiet adiuuāte dño sequenti libro: ne hūc tā p̄lixū ulterio^o oneremus.

Aurelij Augustini de ciuitate dei liber decimus octauus.

De his que usq; ad t̄pa saluatoris .x. ⁊ .viij. uolumib^o disputata s̄. c. l.

d

ELIJAH
tū duarū quaz
dei una: seculi
hui⁹ ē alfa: in q̄
nūc ē quātū ad
hoiūz gen⁹ p̄ti-
net et ista pere-
grina exortu z

pcursu z debitis finib⁹ me scripturū
esse p̄missū: cū prius inimicos ciuitatis
dei q̄ cōditori eius christo deos suos
p̄ferūt: z liuore sibi p̄niciosissimo a-
trociter inuidēt christianis: q̄tum me
adiuaret eius grāa refellissēm: quod
uoluminib⁹ decem prioribus feci: De
hac uero mea quā modo cōmemora-
ui tripartita p̄missione: decimum se-
quētib⁹ quatuor libris ambarū ē
dīgēstus exortus. Deinde pcursus ab
homine primo usq̄ ad diluuiū libro
uno: qui ē huius operis quintusdecī-
mus: atq̄ inde usq̄ ad abraā: rursus
ambe sicut in tēporibus ita z in nīs
līs cucurrerūt. Sed a patre abraam
usq̄ ad regū tempus israelitarū: ubi
sextūdecimū uolumē absoluimus: z
inde usq̄ ad ipsius i carne saluatoris
aduentū: quousq̄ decimusseptimus
liber tēditur: sola uidet̄ in medio sti-
lo cucurrisse dei ciuitas: cū in hoc se-
culo nō sola cucurrerit: s̄z ambe utiq̄
i genere humano sicut ab ūitio simul
suo procurſu tēpora uariauerit. Uez
hoc ideo feci: ut prius ex quo aptio-
res dei p̄missiones esse ceperūt: usq̄
ad eius ex uirgine natiuitatē in quo
fuerāt que p̄mittebātur implēda: sine
īterpellatione a p̄trario alterius ciui-
tatis ista que dei ē procurrēs distin-
ctius apparet: quāuis usq̄ ad reue-
lationem testamēti noui: nō i lumine
sed in umbra cucurrerit. Nunc ergo
q̄ intermiserā uideo esse faciendum:
ut ex abrae tēporibus quomodo etiā
illa cucurrerit quantū satis uidetur
attingam: ut ambe inter se possint cō-

sideratione legentium comparari.

De terrene ciuitatis regibus atq̄
tēporib⁹: quib⁹ ex ortu abrae factoz
t̄pa supputata conueniūt. c. ij.

Societas igit̄ usquequaq̄z mor-
taliū diffusa p̄ terras: z i loco-
rū quātūlibet diuersitatib⁹ unius t̄m
eiusdēq̄ nature: quadā cōmuniōe di-
stinctas: utilitates z cupiditates suas
quibusq̄ sectātibus: dū id q̄ appetit̄
aut nemini aut nō omnib⁹ sufficit: qz
nō ē in idīpsū: aduersum seipsā ple-
runq̄ diuidit: z pars partē q̄ p̄ualet
opprimit. Uictrici eīz uicta succūbit:
dominationi scilicet ul̄ etiā libertati
qualēcunq̄ pacē preferēs ac salutez:
ita ut magne fuerint admirationi q̄
perire q̄ seruire maluerunt. Nam in
omnib⁹ fere gētibus quodā mō uox
nature ista p̄sonuit: ut subiugari ui-
ctoribus mallēt quib⁹ cōtigit uici: q̄
bellica ōnisaria uastatione deleri. Hic
factum ē ut nō sine dei prouidētia in
cuius potestate ē ut quisq̄ bello sub-
iugetur aut subiugetur: quidā essent re-
gnis p̄diti quidā regnātib⁹ subditi:
s̄z iter plurima regna terrarū i q̄ ter-
rene utilitatis uel cupiditatis ē diuisa
societas: quā ciuitatē mūdi hui⁹ unī-
uersali uocabulo nūcupam⁹: duo re-
gna cernimus longe ceteris p̄uenisse
clariora. assyrioz primū: deinde. ro-
manorū: ut tēporib⁹ ita locis inter se
ordiata atq̄ distincta. Nam quō illō
prius: hoc poster⁹ eo mō: illud i oriē-
te: hoc i occidēte surrexit. Deniq̄ i il-
lius sine hui⁹ initiū confesti fuit. Re-
gna cetera ceterosq̄ zges uelut appē-
dices istoꝝ dixerī. Ninus ergo iā fuis-
rex erat assyrioz: q̄ p̄i suo belo suc-
cesserat regni illius primo regi: q̄n in
terra chaldeoz natus ē abraaz. Erat
aut̄ tēpore illo regnū sicyoniorū ad
modū paruum: a quo ille undecunq̄z

doctissimus marcus uarro scribēs ō gente pplī romani uelut antiquo tpe exorsus ē. Ab his eim sicyoniorū regibus ad atheniēses puenit. a quibus ad latinos: inde ad romanos: sed añ conditā romā in cōparatiōe regni assyriorū perexigua ista memorantur. Quāuis atheniēses i grecia plurimū claruisse fateat etiā salusti^o romanus historicus: plus tñ fama q̄ re ipsa. Nam loquēs de illis atheniensū iqt res geste sicuti ego existimo satis ample magnificeq; fuerūt. Uerū aliquāto fuerūt minores tñ q̄ fama ferūt. Sed q; puenere ibi scriptoz magna ingenia p terraz orbē: atheniēsiū facta p maximis celebrātur. Ita eoz q̄ fecere uirtus tāta habet: quātū ea uerbis potuere extollere p̄clara ingenia. Accedit huic ciuitati non pua ēt lās et phis gloria: q; ibi potissimū talia studia uiguerūt. Nam quātū attinet ad iperū: nullū maius p̄mis tēporib^o q̄ assyrioz fuit: nec tā lōge lateq; diffusum. Quippe ubi nun^o rex beli filius uniuersā asiā que totius orbis ad numerū partiū etiā dicit: ad magnitudinē uero dimidia reperit: usq; ad libye fines subegisse tradit. Solis q̄pe indis i partib^o oriētis nō dñabat: quos tñ eo defuncto semiramis uxor eius ē aggressa bellādo. Ita factū est ut quicūq; in ill' tris pplī siue reges erant assyrioz regno ditioniq; parerēt: et q̄cquid imperaret efficerēt. Abraam ergo i eo regno apud chaldeos nini tēporib^o natus ē. Sed quoniā res grece historie multe sūt nobis q̄ assyrie notiores: et p grecos ad latinos ac deide ad romanos q̄ etiā ipsi latini sūt tēporū seriē deduxerūt q̄ gēte pplī romani i originis ei^o antiquitate rimati sūt: ob hoc debem^o ubi opus ē assyrios memorare reges: ut appareat quēadmōz babilonia quasi p̄ma roma cū pegrina in hoc mū

do dei ciuitate pcurrat. Res autē quas p̄p̄ cōparatiōe ciuitatis utriusq; et rene scilicet et celestis huic opi oportet inserē: magis ex grecis et latinis ubi ipsa roma quasi p̄a babilonia est debemus assumē. Quādo ergo natus ē abraā secūdi reges erāt apud assyrios ninus: apud sicyonios cecrops. Primi autē illic belus hic aegiale^o fuerūt. Lū uero egresso abraā de babilonia pmisit ei deus ex illo magnam futurā gentē: et i eius semie ōniū gentiū bñdictionē: assyrū quartū regem habebāt: sicyonū quintū. Apud illos eim regnabat filius nini p^o matrem semiramidē: q̄ ab illo infecta phibeat ausa filii mī incestare cōcubitu. Hāc putāt nōnulli cōdidisse babilonem: quā quidē potuit istaurare. Quando autē ut quō cōdita fuerit in sextodecimo libro dixim^o. Filiiū porro nini et semiramidis q̄ mīi successit in regnū quidā ēt ipsum niuū: quidā uero deriuato a p̄e uocabulo niuū uocant. Sicyonioz autē regnum tūc tenebat telexion. Quo regnate usq; adeo ibi inītia et leta tēpora fuerūt: ut eū defunctū uelut deū colerēt sacrificādo et ludos celebrādo quos ei primitus institutos ferunt.

Quib^o regnātib^o apud assyrios atq; sicyonios abrae centenario isaac de p̄missione sit nat^o: l' ipi isaac sexagenario esau et iacob gemini de rebecca sint editi. c. iij.

h Uius tēporib^o ēt isaac ex p̄missione dei natus ē cētenario p̄i filius abrae de sara puige: q̄ sterilis et anus tā spem prolis amiserat. Tunc et assyrus quintus erat rex arabus: ipsi uero isaac sexagenario nati sunt filij gemini esau et iacob: quos ei rebecca uxor peperit auo eorū abraam adhuc uiuēte: et centū sexagita

etatis annos agēte: q̄ expletis centum septuaginta quinq̄s ānis defūctus ē: regnātibus apud assyrios xerxe illo antiq̄ore: q̄ etiā baleus uocabatur: ⁊ apud sicyonios thyriaco: quē quidaz thyrīmachū scribūt septimis regib⁹. Regnū aut̄ argiuoz simul cū abrae nepotib⁹ ortū ē: ubi primus regnauit inachus. Sane quod pretereundum nō fuit: etiā apud sepulcrū septimi sui regis thyriaci sacrificiā sicyonios solere uarro refert. Regnātibus porro octauis regib⁹ armamitre assyriorū: sicyonioz leucippo: ⁊ p̄mo argiuorū Inacho deus locutus ē ad isaac: atq̄ ipsi quoq̄ eadē q̄ patri eius duo illa p̄misit: semini scilicet eius terrā chaanaam: ⁊ i eius semine benedictionem cunctarū gentiū. Hec ipsa promissa sūt etiā filio eius nepoti abrae q̄ ē appellatus p̄mo iacob: post israel: cū iaz bellonus rex nonus assyrijs ⁊ phoroneus inachi filius secūdus regnaret argiuis: leucippo apud sicyonios adhuc p̄manēte. His tēporib⁹ grecia s̄ phoroneo argolico iuge legū ⁊ iudiciorum quibusdā clarior ē facta instituta. P̄hegous t̄n frat̄ huius phoronei iunior cū eēt mortuus ad eius sepulcrū templū ē constitutū in quo coleret̄ ut deus: ⁊ ei boues imolarēt. Credo honore tāto ideo dignū putarūt: quia i regni sui parte: pater q̄ppe loca ambob⁹ distribuerat in quib⁹ eo uiuēte regnarēt: iste sacella constituerat ad colēdos deos: ⁊ docuerat obuari tēpora p̄ menses atq̄ annos: q̄d eoz quatenus metirētur atq̄ numerarēt. Hec in eo noua miratur̄ rudes adhuc hoies morte obita deū eē sc̄m siue opinati sūt siue uoluerūt. Naz ⁊ io filia inachi fuisse phibct̄ q̄ postea isis appellata ut magna dea culta est in egypto: quauis aliq̄ scribāt eam ex ethiopia i egyptū uenisse reginā: ⁊ q̄ late iusteq̄ imperauerit: eisq̄ multa

cōmoda ⁊ līas instituerit: hūc honorem ei habitū esse diuinum posteaq̄ ibi mortua ē: ⁊ tantū honorē ut capitali crie reus existeret: si quis eā fuisse hominem diceret.

De tēporibus iacob ⁊ filij eius ioseph. c. iij.

r Egnātibus assyrioz decimo rege balco: ⁊ sicyoniorū nono melappo q̄ etiā cephisos a quibusdā tradit̄: si t̄n duum nominū hō un⁹ fuit: ac nō potius alterū p̄ altero putauerūt fuisse hominē: q̄ in suis posuerunt scriptis alterū nomen: cū rex argiuoz tertius apis eēt: mortuus est isaac annoz centū. lxxx. et reliq̄ geminos suos annoz centū ⁊ uiginti. Quoz minor iacob pertinens ad ciuitatē dei de qua scribim⁹ maiore utiq̄ reprobato habebat duodecim filios: quoz illū qui uocabat̄ ioseph: mercatorib⁹ in egyptū transeūtibus fīes adhuc isaac auo eorū uiuēte uēdiderant. Stetit aut̄ ante pharaonez ioseph quādo ex hūilitate quā ptulit sublimatus ē cū triginta annorū eēt: quoniā somnia regis diuine iterptatus: prenūciauit septē ubertatis ānos futuros: quorū abūdantiā p̄pollentē cōsequētes aliq̄ septē steriles fuerant cōsumpturi: ⁊ ob hoc eū rex p̄fecerat egypto de carcere liberatū: quo eum cōiecerat integritas castitatis: quam fortiter seruans male amanti dñe ⁊ male credulo dño mētiture: ueste etiā derelicta de manib⁹ attrahētis aufugiens nō cōsensit ad stuprū. Secūdo aut̄ anno septē annorū steriliū iacob in egyptū cū ōnibus suis uenit ad filiū: agēs ānos centū ⁊ triginta sic iterrogatī regi ipse respōdit: cū ioseph ageret triginta ⁊ nouē ad triginta scilz quos agebat quando a rege honoratus est additis septem ubertatis et

duobus famis.

De api rege argiuoz: quē egyptū serapin noiatū diuino honore coluerunt capitulum quintum.

h Is tēporib⁹ rex argiuoz apīs nauib⁹ trāfuect⁹ ī egyptū: cū ibi mortuus fuisset fact⁹ ē serapis oīum maximus egyptioz deus. Noīs autē huius cur nō apīs ēt post mortē sed serapis appellatus sit facillimā rōnez uarro reddidit: qz eīm arca ī qua mōtuus ponit⁹ qd̄ oēs iā sarcophagum uocat̄ foro s̄ dicit⁹ grece: et ibi eū sepultū uenerari ceperūt p̄us q̄ tēplū eius eēt exstructū: uelut sorosapis ul̄ sorapis p̄mo: deide una līa ut fieri assolet cōmutata serapis dictus ē. Constitutū ē etiā de illo ut q̄squis eū fuisse hominē dixisset: capitalē pēderet penā. Et qm̄ fere ī oībus tēplis ubi colebāt̄ isis et serapis: erat ēt simulacrū qd̄ dīgito labijs ip̄resso admonere uideret̄ ut silentiū fieret: hoc significare idem uarro existat ut hoīes eos fuisse tacere. Ille autē quē mirabili uanitate decepta egyptus ī ei⁹ honorē delitijs affluētibus alebat: qm̄ eū sine sarcophago uiuū uenerabatur: apīs nō serapis uocabat̄. Quo boue mortuo qm̄ querebat̄ et reperiēbat̄ uitul⁹ coloris eiusdē hoc ē albis q̄busdā maculis siliter īsignatus: mirū q̄ddam et diuinitus sibi pcuratū eē credēbant. Nō eīm magnū erat demonib⁹ ad eos decipiēdos phantasiā talis tauri quā solā cerneret ostētare uacce cōcipienti atqz pregnāti: vñd̄ libido m̄is attraheret qd̄ ī eius fetu iā corporaliē appareret: sicut iacob de uirgis uariatis ut oues et capre uarie nascerētur effectit. Quod eīm hoīes coloribus et corporib⁹ ueris: hoc demones figuris fictis facillime possūt animalibus cōcipientibus exhibere.

Quo regnāte apud argiuos quoue apud assyrios iacob ī egypto mortuus sit. c. vi.

a P̄is ergo rex nō egyptiorū sed argiuorū mortuus ē ī egypto. Huic filius argus successit in regnū. Ex cuius noīe argi et ex hoc argiū appellati sūt. Superiorib⁹ autē regib⁹ nōdū ul̄ locus uel gens habebat hoc nomē. Hoc regnāte apud argiuos: et apud sicyonios eratho: apud assyrios uero adhuc manēte baleo: mortuus ē iacob in egypto annorū centū quadraginta septē cū moriturus filios suos et nepotes ex ioseph benedixisset christūqz aptissime pphetasset dicēs ī benedictione iude nō deficiet princeps ex iuda et dux de femoribus eius: donec ueniāt q̄ reposita sūt ei: et ipse erit expectatio gentiū. Regnāte argo cepit uti frugib⁹ grecia et habē segetes ī agricultura delatis aliūde seminib⁹. Argus quoqz post obitū deus haberi cepit tēplo et sacrificijs honoratus. Qui honor eo regnāte et aī illū delatus ē homini priuato et fulminato cuidam omogiro: eo qz p̄mus ad aratrum boues iuxerit.

Quorū regū tpe ioseph in egypto defunctus ē. c. vii.

r Egnātib⁹ assyriorū duodecimo hermasco et undecimo sicyonioz plemineo: et argis adhuc manēte argo: mortuus ē ioseph ī egypto ānoz centū et decē: post cuius mortē p̄plus dei mirabiliter crescēs mansit ī egypto centū quadraginta quiqz annos: trāquille p̄us donec morerētur quib⁹ ioseph notus fuerat. Deinde qz inuidebatur incrementis eius eratqz suspectus: quousqz inde liberaret̄ p̄secutionibus affligēbat̄ innumeris: itez quas tñ diuinitus secūdata multiplicatiōe

creſcebat: ⁊ laboribus premebatur ⁊ tolerabilis ſeruitutis. In aſſyria uero ⁊ grecia per idem tēpus regna eadem permanebant.

Quoz regū etate moyses nat⁹ ſit: ⁊ quorum demū iſdem tēporib⁹ ſit orta religio. c. viij.

c Uz ergo ignaret aſſyrijs quatuordecimus ſaſirus: ⁊ ſicyonijs duodecim⁹ orthopol⁹: ⁊ criasus qui tus argiuus: natus ē i egypto moyses: p quē pplus dei de ſeruitute egyptia liberatus ē. In qua eū ad deſiderādū ſui creatoris auxiliū ſic exerceri oportebat. Regnātibus memoratis regibus: fuiſſe a quibusdā credit⁹ promethcus: quē ppter ea ferūt de luto formaffe homies: qz optim⁹ ſapiētie doctor fuiſſe phibe⁹: nec tñ ostendit qui eius tēporib⁹ fuerit ſapiētes. Fraſ ei⁹ atlas magnus fuiſſe aſtologus dicit⁹. Unde occaſionē fabula iuenit: ut euz celū portare cōfigret: q̄uis mons ei⁹ nomine nūcupet: cuius altitudinem potius celi portatio i op̄inōnē uulgi ueniſſe uideat. Multa quoqz alia ex illis grecia tēporib⁹ cōfingi fabuloſa ceperūt. ſed uſqz ad cecropē regē athenienſiū: quo regnāte eadē ciuitas etiā tale nomē accepit: ⁊ quo regnāte deus per moysen perduxit ex egypto populū ſuum: relati ſūt in deorū numerū aliqui mortui ceca ⁊ uana conſuetudine ac ſupſtitione grecorū. In q̄bus giraſi regis cōiūx melācomice ⁊ phorbas filius eoz q̄ poſt patrem rex argiuoz ſext⁹ fuit: ⁊ ſeptiū regis ē ope fili⁹ ial⁹: ⁊ rex non⁹ ſthēlas ſiue ſthenele⁹: uarie q̄ppe i diuſis auctori- bus inuenit⁹. His tēporibus etiā mercurius fuiſſe phibe⁹ nepos atlatis ex maia filia eius: qd uulgatiores ēt līe perſonāt. multarū autē artiū peritus claruit: quas ⁊ hominibus tradidit

quo merito eū poſt mortē deum eſſe uoluerūt ſiue etiā crediderūt. Poſterior fuiſſe hercules dicit⁹: ad ea tamē tēpora prinēs argiuorū: q̄uis nōnulli eū mercurio preferāt tpe: quos falli exiſtimo. ſed quolibet tpe nati ſint: cōſtat iter hīſtoricos graues qui hec antiqua litteris mādauerūt: ambos hoies fuiſſe: ⁊ q̄ mortalib⁹ ad iſtam uitā cōmodius ducēdā beneficia mīta cōtulerit honores ab eis meruiſſe diuinos. Minerua uero longe his antiquior. Nā temporibus ogygū ad locū qui tritonis dicit⁹ uirginali fert⁹ apparuiſſe etate: vnde ⁊ tritonia nūcupata ē multorū ſane operū inuentrix: ⁊ tāto peliuius dea credita: q̄to minus origo eius inotuit. Quod eim de capite iouis nata canit⁹: poetis et fabulis nō hīſtorie rebusqz geſtis eſt applicandū. Quanq̄ ogygius ip̄e q̄n fuerit: cuius tēporib⁹ ēt diluuiū magnum factū ē: nō illud maximū i quo nulli hoies euaserūt niſi q̄ in arca eſſe potuerūt: q̄ gētium nec greca nec latina nouit hīſtoria. ſed tamē mai⁹ q̄ poſtea tēpore deucalionis fuit inter ſcriptores hīſtorie nō cōuenit. Nam uarro inde exorſus ē librū cuius mētionē ſuperius feci: ⁊ nihil ſibi ex quo pueniat ad res romanas pponit antiquius q̄ ogygū diluuiū: hoc ē ogygū factū tēporib⁹. Noſtri autē q̄ chronica ſcripſerūt p̄us euſebius p⁹ hieronymus: qui utiqz p̄cedentes aliquos hīſtoricos in hac op̄inōne ſecuti ſūt: poſt annos amplius q̄ trecetos iam ſecūdo argiuoz phoroneo rege ignāte ogygū diluuiuz fuiſſe cōmemorāt: ſed quolibet tēpore fuerit iā tamē minerua tanq̄ dea colcbat⁹: regnante athenienſibus cecrope: ſub quo rege ēt ipſam uel inſtaurata ferunt uel cōditam ciuitatem.

Quando athenienſium ciuitas ſit

condita: et quam causam nominis eius uarro perhibeat .c. ix.

n Am ut athene uocarentur quod certe nomen a minerua est quod grece athena dicitur: hac enim uarro indicat. Luce apparuisset illi repetere oliue arbor et alio loco aqua erupisset: regem prodigia ista mouerunt. Et misit ad apollinem delphicum sciscitatum: quid intelligendum esset quid facienda. Ille respondit quod olea minerua signaret. unda neptunum et quod esset in ciuium potestate ex cuius nomine potius duorum deorum quorum signa illa essent ciuitas uocaretur. Iste cecrops oraculo accepto ciues omnes utriusque sexus: mos enim eis tunc in eisdem locis erat ut etiam femine publicis consultationibus interessent: ad ferendum suffragium conuocauit. Consulta igitur multitudine mares pro neptuno: femine pro minerua tulerunt sententias. Et quia una plus inuenta est feminarum. minerua uicit. Tunc neptunus iratus marinis fluctibus exestuantibus terras atheniensium populatus est: quam spargere latius quaslibet aquas difficile demonibus non est. Luce ut iracundia placaret: triplici supplicio dicit idem auctor ab atheniensibus affectas esse mulieres: ut nulla ulterius ferret suffragia: ut nullus nascentium maternum nomen acciperet: ut ne quis eas athenias uocaret. Ita illa ciuitas mater ac nutritrix liberalium doctrinarum: et totatorumque philosophorum qua nihil habuit grecia clarius atque nobilius: ludificationibus demonibus de lite deorum suorum maris et femine: et de uictoria pro feminas: femine athenas nomen accepit. Et a uicto lesa ipsam uictoris uictoria punire compulsa est plus aquas neptuni quam minerue arma formidans. Nam in mulieribus que sic punite sunt et minerua que uicerat uicta est. Nec affuit suffragatricibus suis: ut suffragiorum deinceps prodita potestate et alienatis filijs a nominibus matrum

athenas saltim uocari liceret: et eius demereri uocabulum quam uiri dei uictorem fecerat ferendo suffragium de quo satis apparet quod et quanta hic dici possent: nisi sermo ad alia properaret.

Quid uarro tradat de nuncupatione ariopagi: et de diluuiio deucalionis. c. x.

e Tamem marcus uarro non uult fabulosis aduersus deos fidem adhibere significationis: ne de maiestatis eorum dignitate indignum aliquid sentiat. Et ideo nec ariopagon ubi cum atheniensibus paulus apollus disputauit: ex quo loco ariopagite appellati sunt curiales urbis eiusdem uult: inde accepisse nomen. quod mars quod grece ares dicitur: cum homicidium crimine reus fieret: iudicantibus duodecim diebus in eo pago sex sententias absolutus est: et quia ubi paris numeri sententiae fuissent: prepotione absolutio dationi solebat. Sed contra istam quam multo est amplius celebrata opinionem aliam quandam de obscurarum notitia litterarum cum nominis huius conatur astruere: ne ariopagon athenienses de nomine martis et pagi quasi martis pagum nominasse credatur: iniuriam uidelicet numinum a quibus litigia uel iudicia existimat aliena: non minus hoc quod de marte dicitur falsum esse asseueras: quam illud quod de tribus deabus iuno scilicet et minerua et uenere: que pro malo auro adipiscendo apud iudicem paridez de pulchritudinis excellentia certasse narant: et ad placandos ludis deos que delectatur seu ueris seu falsis istis criminibus suis: iter theatricos plausus cantatur atque saltatur. Nec uarro non credidit: ne deorum nature seu moribus credat incongrua et tamen non fabulosas sed historica ratione de athenarum uocabulo reddens tantam neptunum et minerue litem suis litteris inserit: de cuius nomine potius illa ciuitas uocaretur

ut cū pdigiorū ostentatione contēderent iter eos iudicare nec apollo cōsultus aunderet: sed deorū iurgū finendum sicut memoratarū triū dearū ad paridē iuppiter: ita ⁊ iste ad hoies mitteret ubi uinceret mīnerua suffragiū: ⁊ in pena suarū suffragatricū uiceret: q̄ i aduersarijs suis uiris obtieꝛ athēas potuit et amical suas semias athēas h̄e nō pouit. His tēporib⁹ ut v̄ro scripsit regnāte atheniēlib⁹ cranao successore cecropis: ut aut̄ nostri eusebius ⁊ hieronymus adhuc eodeꝛ cecrope pmanēte: diluuiū fuit quod appellatum est deucalionis eo q̄ ipse regnabat in earum terrarum partib⁹ ubi maxime factum est.

Quo tēpore moyses pplm dei de egypto eduxerit: ⁊ iesu naue q̄ eidem successit quoz regū etate sit mortuus capitulū vndecimum.

h Oc aut̄ diluuiū nequaꝫ ad egyptum neq; ad eius uicinia puenit. Eduxit ergo moyses ex egypto pplm dei nouissimo tēpore cecropis atheniensū regis: cum apud assyrios regnaret astatades: apud sicyonios maratus: apud argiuos triopas. Educto aut̄ p̄plo i monte sina diuinus acceptā tradidit legē: q̄ uetus dicit̄ testamentū: qz p̄missiones terrenas habet: ⁊ p̄ iesum christū futurū erat testamentū nouū quo regnū celorum pmitteret. Hūc eim ordinē seruari oportebat: sicut in unoquoꝛ hoie q̄ in deū pficit id agit̄ quod ap̄lus ait: ut nō sit prius quod spirituale ē: sed q̄ aiāle: postea spirituale. quoniaz sicut dicit ⁊ uerū ē: p̄mus homo de terra ē: renus: secūduus homo de celo celestis. Rexit aut̄ pplm moyses p̄ ānos quadraginta in deserto: ⁊ mortuus ē annorum centū ⁊ uiginti cū christū etiā ipse p̄phetasset p̄ figuras obseruati-

onum carnaliū i tabernaculo: ⁊ sacerdotio ⁊ sacrificijs: alijsq; mysticis plurimisq; mādatis moysi successit iesus naue: ⁊ i terra p̄missionis introductum pplm collocauit ex auctoritate diuina: debellatis gētibus a q̄b⁹ eadē loca tenebātur: qui cū populum rexisset post mortē moysi uiginti et septē annos: etiā ipse defūctus est regnante apud assyrios octauodecimo amyn̄ta: apud sicyonios sextodecimo corace: apud argiuos decimo danao: apud atheniēses quarto erichthōio.

De sacris falsoꝛ deoz: que reges grece illis tēporibus instituerūt: q̄ ab exitu israhel de egypto usq; ad obituz iesu naue dinumerātur. c. xij.

p Ost hec tēpora id ē ab exitu ex egypto usq; ad mortē iesu naue: p̄ quem p̄plus idem terrā repromissiōis accepit: sacra sūt instituta dijs falsis a regib⁹ grece: q̄ memoriā diluuij ⁊ ab eo liberatiōis hoim uiteꝛ tūc erūnose: modo ad alta: modo ad plana migrantū: solenni celebritate reuocarūt. Nam ⁊ luperoꝛ p̄ sacraz uia ascensum atq; descensum sic iterpretātur: ut ab eis significari dicant hoies qui p̄pter aque iundationem summa montiū petiuerūt: ⁊ rursus eadem residēte ad ima idierūt. His tēporibus dionysū qui etiā liber pater dictus ē: ⁊ post mortē deus habitus: uitem ostēdisse ferūt i attica terra hospiti suo. Tunc apollini delphico instituti sūt ludi musici: ut placaret̄ ira eius qua putabat̄ afflictas esse sterilitate grece regiones: qz nō defenderūt tēplū eius quod rex danaus cum eadem terras bello inuasisset incendit. Hos aut̄ ludos ut instituerūt oraculo sūt eius admōiti. In attica uō rex erichthonius ei ludos p̄mus instituit: nec ei tantum sed etiā mīnerue: ubi

p̄m̄iū uictorib⁹ oleū ponebat⁹ q̄ eius
 fructus inuētricē mīneruā sicut uini
 liberū tradūt. Per eos annos a rege
 xantho cretēsium: cuius apud alios
 aliud nomē inuenim⁹: rapta phibet
 europa: ⁊ inde geniti rhamāthus:
 serpedon ⁊ mīnos: quos magis ex e
 adem muliere filios iouis esse uulga
 tum ē. Sed taliū deoz cultores illud
 qđ de rege cretēsium diximus histo
 rice ueritati: hoc autē qđ de ioue poe
 te cantāt theatra cōcrepāt: populi ce
 lebrant: uanitati deputāt fabulazū: ut
 esset vnde ludi fierēt placādīs numi
 nibus etiā falsis eoz criminib⁹. His
 tēporibus hercules in syria habebat
 clarus. Sed nimirū alius non ille de
 quo supra locuti sumus. Secretiore
 q̄ppe historia plures fuisse dicūtur: et
 liberi patres ⁊ hercules. Hunc sane
 herculē cuius ingētia duodeciz facta
 numerāt: iter que anteafrī necem nō
 cōmemorāt q̄ ea res ad alterū her
 culē ptinet: in eta monte a seipso incē
 sum prodūt suis līs: cum ea uirtute
 qua monstra subegerat: morbū tamē
 quo lāguebat sustinere nō posset: illo
 tēpore ul rex ul potius tyrānus busi
 ris suis dīs suos hospites imolabat:
 quē filiū phibent fuisse neptūi ex mē
 libya filia epaphi. Verū nō credatur
 hoc stuprū ppetrasse neptunus: ne dī
 accusent: sed poetis ⁊ theatris tribuā
 tur ista: ut sit vnde placēt. Erichtho
 nū regis atheniēsium: cui⁹ nouissimis
 annis iesus naue mortuus repit. uul
 canus ⁊ mīnerua parētes fuisse dicū
 tur. Sed qm̄ mīneruā uirginē uolūt i
 amboz contētione uulcanū cōmotuz
 effudisse aiunt semē in terrā: atq; ide
 homini nato ob eam cām tale inditū
 nomē. Greca eim lingua contētio ⁊ ē
 ra ē: ex q̄bus duob⁹ compositū uoca
 bulum ē erichthoius. Uez qđ faten
 dum ē refellūt ⁊ a suis dīs repellunt
 ista doctiores q̄ hanc opinionē fabu

losam hinc exortā ferūt: quia i tēplo
 uulcani ⁊ minerue q̄ ambo unū ha
 bebant athenis: expositus inuētus ē
 puer dracone inuolutus: qđ euz signifi
 cavit magnū fururū: ⁊ prop̄ hoc cō
 mune templū cū eēt parētes eius ig
 noti uulcani ⁊ minerue dictū esse fili
 um: nois tñ eius originēz fabula illa
 potius q̄ ista designat historia. Sed
 qđ ad nos hoc cū isti in ueracibus li
 bris hoies instruat religiosos: illud i
 fallacib⁹ ludis demōes delectet ipu
 ros. Quos tñ illi religiosi tanq̄ deos
 colūt: ⁊ cū de illis hec negāt ab omni
 eos crimie purgare nō possūt: qm̄ lu
 dos eis poscētibus exhibēt ubi tur
 piter agūt: q̄ uelut sapiēter negant: et
 his falsis ac turpib⁹ dī placātur: ubi
 etiā si fabula cātat tam hominū cri
 men q̄ numinū falsum: delectari tñ
 falso crimine crimen est uerum.

Qualiū fabulaz figmēta exorta
 sint eo tēpore quo hebreis iudices p̄
 esse ceperunt. c. xij.

p Ost mortē iesu naue ppl̄s det
 iudices habuit: q̄bus tēporib⁹
 alternauerūt apud eos ⁊ humilitates
 laboz p eoz peccatis: ⁊ prosperita
 tes cōsolationū ppter miserationē dī.
 His tēporib⁹ fabule facte sūt de trip
 tolēo q̄ iubēte cerere āguibus portat⁹
 alitib⁹ indigētibus terris frumenta
 uolādo ptulerit. De minotauro q̄ be
 stia fuerit inclusa labyrintho: quo cū
 intrassēt hoies iextricabili errore iō
 exire nō poterāt. De cētauris q̄ equo
 rū hoimq; natura fuerit cōiūcti. De
 cerbero q̄ sit triceps iserorū cāis. De
 phrixo ⁊ helle eius sorore q̄ uecti a
 riete uolauerūt. De gorgone q̄ fuerit
 crinita serpētibus: ⁊ aspiciētes cōuer
 tebat in lapides. De bellerophonte q̄
 equo pēnis uolāte sit uectus: qđ equus
 pesagus dict⁹ ē. De āphidē q̄ cithare

suauitate lapides mulserit ⁊ attraxerit. De fabro dedalo ⁊ eius filio icaro q̄ sibi coaptatis p̄nis uolauerint. de edipo: qui monstrum quoddam q̄ sphinga dicebant humana facie quadrupedem soluta que ab illa proponi solebat uelut insolubili questione suo precipitio perire compulerit. De anteo quem necauit hercules q̄ fili⁹ terre fuezit: propter quod cadens in terram fortior soleret assurgē. Et si qua forte alia p̄termisi. De fabule ad bellum usq̄ troianum ubi secundum librum marcus uarro d̄ populi romani gente finit ex occasione historiarum que res ueraciter gestas continent. ita sunt ingenij hominum ficte: ut non sint opprobrijs numinum affixe. Doro autem quicūq̄ sinxerint a ioue ad stuprum raptum pulcherrimum puerum ganymedem q̄ nefas rex tantalus fecit: ⁊ ioui fabula tribuit: uel danaes per imbrem aureum appetisse concubitum: ubi intelligitur pudicitia mulieris auro fuisse corrupta: q̄ illis temporibus uel facta uel ficta s̄t: aut facta ab alijs ⁊ ficta de ioue dici nō potest q̄tum mali de hominū presumpserint cordibus: q̄ possent ista patiēter ferre mendatia: que tamen ēt libenter amplexi sunt. Qui utiq̄ q̄to deuotius ioues colunt: tanto eos qui hec de illo dicere ausi sunt seuerius punire debuerunt. Nunc uero nō solum cis qui ista sinxerūt irati nō sūt: sed nisi talia figmenta etiam in theatris agerētur: ipsos deos potius iratos habere timuerunt. His temporibus latona apollinem peperit: non illum cuius oracula solere consuli superius loquebamur: sed illum quem cum hercule ferunt ameneti regis armenta pauisse. Qui tamen sic ē deus creditus ut plurimi ac pene omnes unum eundemq̄ apollinem fuisse opinentur. Tunc ⁊ liber pater bellauit

in india: qui multas habuit in exercitu feminas que bacche appellate sūt: nō tam uirtute nobiles q̄ furore. Alii qui sane ⁊ uictum scribunt istum liberum ⁊ uinctū nōnulli ⁊ occisum in pugna a perseo: nec ubi fuerit sepultus tacent. Et tamē eius uelut dei nomine per immundos demones bacchanalia sacra: uel potius sacrilegia sunt instituta. De quorum rabiosa turpitudine post tam multos annos sic senatus erubuit: ut in urbe romana esse prohiberet. Per ea tempora perseus ⁊ uxor eius andromeda postea q̄ sunt mortui: sic eos in celum esse receptos crediderunt: ut imagines eorum stellis designare: eorumq̄ appellare noibus non erubescerent nec timerēt.

De theologis poetis. c. xiiij.

p Er idem temporis interualluz extiterunt poete qui etiam theologi dicerētur qm̄ de djs carmina faciebāt: s; talib⁹ djs q̄ lz magni hoies tñ hoies fuerūt: aut mūdi hui⁹ quem uer⁹ deus fecit elemēta. Sūt autē i principatib⁹ ⁊ potestatib⁹ p uolūate creatoris ⁊ nō suis meritis ordinati: ⁊ si qd̄ de uno uero deo iter multa uana ⁊ falsa cecinerūt: colēdo cū illo alios q̄ d̄ n̄ s̄t: eisq̄ exhibēdo famulatū q̄ uni tantū debet deo: non ei utiq̄ rite seruiērūt: nec a fabuloso deoz suorū d̄decore ēt ipsi se abstinere potuerūt: ex quoz nūero fuisse phibēt orphe⁹: museus linus. Neq̄ isti theologi deos coluerūt: nō p d̄s culti sūt: q̄uis orpheū nescio quō ifernis sacris ul⁹ potius sacrilegij p̄ficere soleat ciuitas impioz. Uxor autē regis adamātis q̄ uocabat io ⁊ eius fili⁹ melicertes p̄cipitio spontaneo i mari perierūt: ⁊ opinione hominū i deos relati sūt: sic ⁊ alij hoies eoz tēpoz iē quos fuerūt castor ⁊ pollux. Illam sane melicertis

matrē leucotheā greci: matutā latini uocauerūt: utriq; tñ putātes deam.

De occasu regni argiuoz: quo tpe apud laurētes picus saturni filius regnum patris p̄mus accepit. c. xvi.

P Er ea tpa regnū finitū ē argiuoz: translātū ad mycenās: vñ fuit agāmenon: et exortū ē regnū laurētū: ubi saturni fili⁹ picus regnuz p̄mus accepit: iudicāte apud hebreos femia delbora: sed p̄ illā dei spirit⁹ id agebat: nā ēt p̄phetissa erat. Luīus p̄phetia min⁹ apta ē: quā ut possim⁹ eā sine diuturna expositione de christo demonstrare plātā. Jam ergo regnabant laurētes utiq; i italia. Ex quib⁹ euidētior ducit⁹ origo romana p̄ grecos: et tñ adhuc regnū assyrioz p̄manebat: ubi erat rex uicesim⁹ et tertius lampares: cū p̄mus laurētū picus eē cepisset. De huius picī patre saturno uiderint qđ sentiāt taliū deoz cultores: qđ eū negāt hoīem fuisse: de quo et alij scripserūt qđ añ picū filiū suū i italia ipse regnauerit: et uirgill⁹ notioribus līa dicit Is genus idocile et dispsum mōiū altis cōposuit legesq; dedit: latinūq; uocare maluit. His qm̄ laurisset tutus i oris: Aurea perhibent illo sub rege fuere secula. Sed hec poetica opinētur eē figmēta. et picī p̄stem stercen poti⁹ fuisse asseuerēt: a quo peritissimo agricola iuentū ferunt ut fimo aiālū agri fecūdarētur: qđ ab ei⁹ nomine stercus dictū ē: vnde et hūc qđdam stercutiū uocatū ferunt. Qualibet autē ex causa eū saturnū appellare uoluerint: certū tñ ē hūc fuisse stercen siue stercutiū quē merito agriculture fecerūt deū. Picū quoq; siliter ei⁹ filīū i taliū deoz numerum receperūt: quē preclarū augurē et belligeratores fuisse asserūt. Picus faunum genuit: lauretum regem secundū. etiam iste

deus illis siluestris fuit.

De diomede post troie excidiū i deos relato: cuius focij traditi in sē uolucres eē conuersi. c. xvi.

H Os añ troianū bellū diuinos honores mortuis hoib⁹ detulerunt. Troia uo euerfa et excidio illo usquequaq; cātato puerisq; notissio: qđ et magnitudie sui et scriptoz excelētibus liguis isignit⁹ diffamatū atq; uulgatū ē: gestūq; regnāte iam latino fauni filio: ex quo latinoz regnū dici cepit laurētūq; dici cessauit. Greci uictores deletā troiā dereliquētes et ad p̄pria remeātes: diuersis et horredis cladib⁹ dilacerati atq; cōtriti sūt: et tñ ēt ex eis deoz suoz numez auxerūt. Nā et diomedē fecerūt deū: quē pena diuinit⁹ irrogata phibēt ad suos non reuertisse: eiusq; socios i uolucres fuisse cōuersos nō fabuloso poeticozq; mēdatio. s; historica attestatiōe cōfirmat: qđbus nec deus ut putāt factus hūanā reuocare naturā l ipse potuit ul' certe a ioue suo rege tanq̄ celicola nouit⁹ ipetrauit. Quin ēt tēplū eius eē aiūt i isula deoēdea nō lōge a mōte gargaō qđ ē i apulia: et hoc tēplū cū uolare atq; icolere has alites tā mirabili obseq̄o: ut rostrū aqua impleāt et aspgāt: et eo si greci uenerit ul' grecoz stripe p̄geniti: nō solū q̄etas eē: uez et supaduolare: si autē alienigenas uiderint subuolare: et capita eoz tāq; grauibus ictib⁹ ut ēt p̄imant uulnerare. Naz duris et gradib⁹ rostris satis ad hec prelia perhibētur armate.

De incredibilib⁹ hoīum cōmutationib⁹ quid uarro crediderit. c. xvij.

H Oc uarro ut astruat cōmémorat alia nō min⁹ incredibilia: de maga illa famosissima circe qđ socios

quos uulps in bestias mutauit: & de archadib⁹ q̄ sorte ducti trāsnatabant quoddā stagnū: atq; ibi cōuertebāt ī lupos: & cū siliibus feris p̄ illius regionis deserta uiuebāt. Si uero carne nō uelcerēt hūana: rursus p̄ nouem ānos eodē renatato stagno reformabatur ī hoīes. Deniq; ēt noiati exp̄ssit quēdā democritū cū gustasset de sacrificio q̄b arcades imolato puero dō suo lyceo facē solēt: ī lupū fuisse mutātū: & āno decio ī figurā p̄priā restitūtū: pugilatū sese exercuisse & olympiaco uicisse certamie. Nec idē p̄pter aliud arbitrat̄ historic⁹ ī arcadia tale nomē affictū pani lyceo & iouī lyceo: nisi p̄pter hāc ī lupos hoīm mutatiōnem q̄ ea nisi uī diuina fieri nō putarent. Lupus eīm grece lycos dicit̄ vñ lycei nomē apparet īflexū. Romāos ēt lupos ex illorū mysterioꝝ ueluti semie dicit̄ exortos. Sed de ista tanta ludificatiōe demonū nos q̄d dicam⁹: q̄ hec legēt fōtassit & expectēt q̄d christiani agē debeāt: q̄n̄ iter idola gentiū miracula fieri asserūt. Et q̄d dicem⁹ nisi de medio babilonis eē fugiendū: Quod p̄ceptū p̄pheticū ita sp̄ualiter itelligit̄: ut de huius seculi ciuitate q̄ p̄fecto & angeloz & hominū societas impioꝝ ē: fidei passib⁹ que p̄ dilectionē operat̄ ī deū uiuū p̄ficiēdo fugiamus. Quāto q̄ppe ī hec ima potestate demonū maiorē uidem⁹: tāto tenacius mediatori ē inherendū: p̄ quē de imis ad summa cōscēdim⁹. Si. n. dixerim⁹ ea nō eē credēda: nō desūt ēt nūc q̄ eiusmōi quedā l̄ certissima audisse ul̄ ēt exptos se eē asseuerēt. Naz & nos cū essem⁹ ī italia: audiebamus talia de quadā regiōe illarū p̄tiū ubi stabularias mulieres ibutas his malis artib⁹: ī caseo dare solere dicebāt: quib⁹ uellēt seu possēt uiatorib⁹: vñd ī iumēta ilico uerterent: & necessaria queq; portarēt: post q̄ p̄functa opera

iterū ad se redirēt: nec tñ ī cis mente fieri bestialē: s; rationalē hūanāq; f̄uari: sic apuleius ī libris quos asini aurei titulo inscripsit sibi ipsi accidisse: ut accepto ueneno humano animo p̄manēte asinus fieret: aut indicauit aut finxit.

Quid credēdū sit d̄ trāformatōib⁹ q̄ arte dēonū hoīb⁹ uidēt accidē. c. xviij.

 eius ultimū aduentū compleri posse
 dixerūt. Quēadmodū aut̄ quisq; eoz
 astruat opinionē suā: longū ē demon-
 strare: ⁊ nō necessariū.

De tempore nouissime p̄secutiōis
 occulto. c. liij.

c **O**nlecturis quippe utitur hōi-
nis: nō ab eis aliqd certū de au-
toritate scripture canonice p̄fertur.
Omnīū vō de hac re calculātū digi-
tos resoluit: et quiescē iubet ille q̄ dīc.
Nō ē vīm scire t̄pā q̄ pater in sua po-
suit potestate. Sed hec q̄ euangelica
sēntia ē: mirū est nō ea repressos fuisse
deoz multoz falsozq̄ cultores: quo
min⁹ fingerēt demonū respōsīs quos
tāq̄ deos colūt: definitū esse q̄to t̄pē
māsura esset religio christiana. Cum
eīm uiderēt nec tot tātisq̄ p̄secutioni-
bus eā potuisse cōsumi: s̄ his potius
incemēta mīra sumpsisse: excogita-
uerūt nescio quos uersus grecos: tā-
q̄ consulētī cuidā diuino oraculo ef-
fusos. Ubi christū qdē ab hui⁹ tanq̄
sacrilegij crimie faciūt inocentē. Pe-
trū aut̄ maleficia fecisse subiūgūt ut
coleret christi nomē p̄ trecētos sexa-
ginta quiq̄ ānos. Deīde cōpleto me-
morato numero ānoz: sine mora su-
meret finē. O hōim corda doctoz: o
lgenia lzata: digna credē ista de chri-
sto: q̄ credē nō uultis i christū: q̄ eius
discipul⁹ petrus ab eo magicas artes
nō didicerit: s̄ ab ipso inocente tñ ei⁹
discipulus malefic⁹ fuerit: nomēq̄ il-
lius q̄ suū colū maluerit magicis suis
artib⁹ magnis laborib⁹ et p̄cul⁹ suis:
postremo ēt effusione sanguinis sui.
Si petrus malefic⁹ fecit ut christū sic
diligere mūdus: qd fecit inocēs chri-
stus ut eū sic diligeret petr⁹? Respōde-
ant igit̄ sibiipsi et si p̄nt intelligāt: illa
supna gratia factū eē: ut p̄pter etnam
uitā christū diligeret mūdus: qua grā
factū est ut p̄pter eternam uitam ab
illo accipiendam: et usq̄ ad tempora-
riam mortem pro illo patiendā chri-
stum diligeret petrus. Deīde isti dī
qui sūt: qui p̄nt ista predicere: nec p̄nt
auertere ita succubentes unī malefico
et unī sceleri magico quo puer ut dñt
anniculus occisus: et dilaniat⁹ et ritu

nefario sepultus est: ut sectaz sibi ad-
uersariam tam prolixo tempore cō-
ualescere tot tantarūq̄ p̄secutionum
horrēdas crudelitates nō resistendo
sed patiedo supare: et ad suoz simu-
lacroz: temploz: sacroz: oraculorū:
euerfionē puenire pmitterent? Quis
postremo ē deus: nō noster utiq̄ sed
ipsoz: qui ul̄ illectus tāto scelere uel
ipulsus ē ista prestare? Non eīz alicui
demoni hoc ascribit⁹: sed deo dicunt
illi uersus: hec petrū arte magica dif-
finisse. Talem deum habent: qui chri-
stum non habent.

**De stultissimo mendacio pagano-
rū: quo christianā religionē nō ultra
trecentos sexagintaquinque annorum
mensurā esse sinxerūt. c. lūg.**

b **E**c atq̄ huiusmōi multa collī-
gerē: si nōdū ānus iste trāsisset
quē diuiniatio ficta p̄misit: et decepta
uanitas credidit. Lū vō ex quo noīs
christi cultus p̄ eius i carne prefētiā:
et p̄ ap̄los institutus ē añ aliquot an-
nos anni trecēti sexagintaquiq̄ cōple-
ti sint qd aliud q̄rimus vnde ista fal-
sitas refellat⁹? Ut eīm i christi natiui-
tate huius rei nō ponamus initū q̄a
ifans et puer discipulos nō habebat.
tñ qñ habere cepit: p̄culdubio tūc in-
notuit p̄ eius presentiaz corporalem
doctrina et religio christiana: id ē po-
steaq̄ i fluuio iordane misterio ioānis
ē baptizatus. Prop̄ hoc eīm de quo
p̄phetia illa p̄cesserat: dominabit⁹ a
mari usq̄ ad mare: et a flumie usq̄ ad
t̄mios orbis terre. S̄ qm̄ priusq̄ eēt
passus et r̄surrexisset a mōtuis: nōdū
fidēs oībus fuerat definita: i resurrec-
tione quippe christi definita est. Naz
sic apostolus paulus arbeniētib⁹ lo-
quitur dicens. Jam nūc annūciat ho-
minib⁹ oēs ubiq̄ agē p̄niam: eo q̄ sta-
tuit diē iudicare orbē i eq̄tate in uiro

quo diffiniuit fidē oībus: resuscitans illū a mortuis: meli⁹ i hac q̄one solūēda inde inītiū sumimus: p̄sertim quia tūc etiā datus sp̄s ē sanctus: sicut enī dari post resurrectionē christi oportebat i ea ciuitate ex qua debuit incipē lex secūda: hoc ē testamentū nouum. Prima eīz data fuit lex i monte syna p̄ moysen: q̄d testamentū uocat uet⁹. De hac autē q̄ p̄ christū danda erat p̄dictum ē. Ex sion lex pdiet: ⁊ uerbuz dñi ex hierusalē. Unde ⁊ ipse p̄ oīes gentes dixit pdicari oportere in noīe suo penitentiā: sed tñ incipiētibus ab hierusalē. Ibi ergo exortus huius nominis cultus: ut in iesum christū qui crucifixus fuerat ⁊ resurrexerat crederetur. Ubi hec fides tā insignib⁹ inītijs incanduit: ut aliquot hominum milia i christi noīe mirabili alacritate cōuersa uēditis suis rebus ut egenis distribuerētur: p̄posito sancto ⁊ ardētissima caritate ad paupertatē uolūtariā puenirēt atq; iter fremētes ⁊ sāguinem sitiētes iudeos usq; ad mortē p̄ ueritate certare nō armata potētia: s; potētioīe potētia p̄pararēt. Hoc si nullis magicis artib⁹ factū ē cur credere dubitāt eadē uirtute diuina p̄ totum mundū idē fieri potuisse qua hic factū ē: Si autē in hierosolymis sic ad cultū huius noīs christi accēderet tāta hominū multitudo: que illū i cuce ul' fixerat cōprehēsū: ul' riserat fixum iam maleficiū illud fecerat petrus: ex ipso anno querēdū ē: qñ trecēti sexaginta quicq; cōpleti sūt. Mortuus est ergo christus duob⁹ gemis cōsulibus .viij. kalēdas aprilis. Resurrexit t̄tio die: sicut apli sui etiā sensib⁹ p̄bauerunt. Deinde p̄ .xl. dies ascēdit in celū: post decē dies id ē quinquagesimo die post suā resurrectionē: misit sp̄m s̄ctū. Tūc tria milia hominū aplis euz predicātibus crediderūt. Tunc itaq; noīs illius cultus exortus ē: sicut nos

credim⁹ ⁊ ueritas habet: efficacia sp̄s sancti. Sicut autē finxit uanitas ip̄ia l' putauit magicis artib⁹ petri. Paulo post etiā signo mirabili facto: quādo ad uerbū ipsius petri quidā mēdicus ab utero m̄ris ita claudus ut ab alijs portaret: ⁊ ad portā tēpli ubi st̄pem peteret poneret: in nomie iesu christi saluus exilgt: quinq; milia hominuz crediderūt. Ac deinde alijs atq; alijs accessibus credentiū creuit ecclia. Ac p̄ hoc colligit etiā dies ex quo annus ipse sumpsit inītiū: scilicet qñ missus ē sp̄s sanctus id est per idus maias. Numeratis deinde cōsulibus .ccclxv. anni rep̄it̄ iplet̄ p̄ easdē id⁹ maias: cōsulatu honorij ⁊ euticiani. Porro sequēti anno cum sociū accepisset honorius cōsulē malliū theodoz: qñ iā secundū illud oraculū demonum aut figmentū hominū nulla debuit esse religio christiana: qd p̄ alias terrarū ptes forsitan factū sit: nō fuit necesse p̄quirere. Interim qd scimus i ciuitate notissima ⁊ emīnētissima carthagine africe. Gaudētius ⁊ iouī comites ip̄eratoris honorij quartodecimo kalēdas aprilis falsoz deoz: templa euerterūt: ⁊ simulacra fregērunt. Ex quo usq; ad hoc tēpus p̄ .xxx. fere annos d̄s uō uideat q̄tū creuerit cultus noīs christi: p̄serti postea q̄ multi eoz christiani sūt facti: q̄ tanq̄ illa uera diuinatione reuocabātur a fide: eāque cōpleto eodē annoz numero inanem irridendāq; uiderūt. Nos igit̄ q̄ sum⁹ uocamurq; christiani. nō i petrū credimus s; i quē credidit petr⁹: petri de christo edificati sermonib⁹: nō carminibus ueneficis: nec decepti maleficis s; beneficis eius adiuti. Ille petri magister christ⁹ in doctrina q̄ ad uitam ducit eternā ipse ē magz noster. Sed aliqñ iā claudam⁹ hūc librū: hucusq; differētes ⁊ q̄tum satis uisū ē demonstrātes: d̄s nā sit duaz ciuitatū celestis

atq; terrene ab initio usq; ad finē p-
mixta; mortal' excursus: quaz illa q̄
terrena ē fecit sibi quos uoluit: ul' vn-
decimq; ul' etiā ex hominib' deos fal-
sos quib' sacrificādo fūiret. Illa autē
celestis que peregrinat' ī terra: falsos
deos nō facit: s; a uero deo ipsa fit cu-
ius uerū sacrificiū ipsa sit. Ambe tñ
tēporalib' ul' bonis utūtur parit': uel
magis parit' affligūtur: diuersa fide:
diuersa spe: diuerso amore: donec ul-
tīmo iudicio separēt': z p̄cipiat unaq;
q; suū finē cui' null' ē finis. De q̄bus
ambaz finib' deinceps differēdū est.

Aurelij augustini de ciui-
tate dei liber. xix.

Qd̄ ī q̄one quā de finib' bonoz z
maloz philosophica disputatio uētī-
lauit ducētas octoginta z octo sectas
eē marcus uarro p̄spererit. c. primū.

q

UONIAM
de ciuitatis utri
usq; terrene sci-
licet z celestis d̄
bitis finib' dei-
ceps mihi ui-
deo disputādū:
pri' exponēda

sūt quāta opis huius terminādi ra-
tio patit' argumēta mortaliū quibus
sibi ipsi beatitudinē facē in huius uite
ifelicitate moliti sunt: ut ab eoruz ua-
nis rebus spes n̄ra quid differat quā
deus nobis dedit z res ipsa hoc ē ue-
ra beatitudo quā dabit: nō tantū au-
ctoritate diuina s; idubitata ē rōne:
qualē p̄pter ifideles possum' adhibē
clarefcāt. De finib' enim malorū et
bonorū multa z multipliciter iter se
philosophi disputarūt. Quam que-
stionem maxima intēcione uersantes
conati sunt iuenire qd̄ efficiat hoīem
beatum. Illud enim est finis boni n̄ra

p̄pter quod appetēda sunt cetera: ip-
sum autem propter seipsum. Et illud
finis mali propter quod uitāda sunt
cetera: ipsum autez propter seipsum.
Finem ergo boni nunc dicimus: non
quo consumatur ut nō sit: sed quo p̄-
ficatur ut plenum sit: z finem mali
nō quo esse desinat: sed quousq; no-
cendo perducat. Fines itaq; isti sunt
summum bonum: z summum malū:
de quibus inueniendis atq; ita ī hac
uita summo bono adipiscendo: uitā-
do autem summo malo: multum sic
dixi laborauerunt qui studium sapiē-
tie in huius seculi uanitate professi
sunt: nec tamē eos quāuis diuersis er-
rantes modis: nature limes in tantuz
ab itinere ueritatis deuiare permisit:
ut nō alij in animo: alij in corpore: a-
lij in utroq; fines bonorum ponerēt
z malorum. Ex qua tripartita uelut
generalium distributione sectarum
marcus uarro ī libro de philosophia
tam multam dogmatum ueritatem
diligenter z subtiliter scrutatus ad-
uertit: ut ad ducentas octoginta z oc-
to sectas nō que iam essent: sed que
esse possent: adhibens quasdam diffe-
rentias facillime perueniret. Quod ut
breuiter ostendam inde oportet inci-
piam quod ipse aduertit z posuit in
libro memorato: quatuor esse quedā
que homines sine magistro: sine ullo
doctrīne adminiculo: sine industria
ul' arte uiuendi: que uirtus dicitur z
proculdubio dicitur: uelut naturalit'
appetunt aut uoluptatem qua delect-
tabiliter mouetur corporis sensus:
aut quietem qua fit ut nullam mole-
stiam corporis quis patiat: aut
utranq; quā tamen uno nomine uo-
luptatis epicurus appellat: aut unī-
uersaliter prima nature in quibus et
hec sunt z alia: ul' in corpore ut mē-
brorum itegritas: z salus atq; icolūi-
tas eius: uel in aīo ut sunt ea que uel

parua ul' magna i hominū īperiūtur ingenīs. Nec igitur quatuor id ē uoluptas: quies: utrunq; primā nature ita sūt i nobis ut vel virtus quā potest doctrina īserit propter hec appetenda sit: aut ista propter virtutē: aut utraq; propter seipsam. Ac per hoc fiūt hīc duodecim secte. Per hanc eīm rationē triplicātur singule: quod cum i vna demonstrauero: difficile n̄ erit in ceteris id inuenire. Luz ergo voluptas corporis animi virtuti aut s̄ditur: aut preferit: aut iungit: tripartita variat diuersitate sectarū. Subdit aut virtuti quādo in usum virtutis assumitur. pertinet q̄ppe ad virtutis officium: et viuere patrie: et propter patriam filios p̄creare: quorū neutrum fieri potest sine corporis uoluptate. Nam sine illa nec cibus nec potus sumitur ut uiuat: nec concūbit ut generatio propageat. Lū vero preferit virtuti ipsa appetit propt̄ seipsam: virtus aut assumēda creditur p̄pter illa: id ē ut nihil virtus agat nisi ad consequēdā ul' cōseruandā corporis uoluptatem: que uita deformis ē. Quippe ubi virtus seruit domine uoluptati: q̄uis nullo modo hec dicēda sit virtus. Sed tamē ē ista horribilis turpitudine habuit quosdā philosophos patronos et defensores suos. Virtuti porro voluptas iūgitur: quādo eorū neutra propter alterā: sed p̄pter seipsas ambe appetūtur. Quapropter sicut uoluptas uel subdita uel prelata uel iūcta virtuti: tres sectas facit: ita q̄es: ita utraq; ita prima nature: alias ternas inueniūtur efficere. Pro uarietate quippe humanarū opinionū virtuti aliquādo subditur: aliquādo preferūtur: aliquādo iūgunt ac sic ad duo denarium sectarū numerū peruenit. Sed iste quoq; numerus duplicatur: adhibita vna differētia soli? uidelicet uite: quoniā q̄squis sectat aliquā ista

rum duodecim sectarū: profecto aut propter se tantū id agit: aut etiā p̄p̄ sociū cui d̄z hoc uelle q̄d sibi. Quo circa. xij. sūt eorū q̄ propter se tantū modo vnanquāq; tenēdam putat: et alie duodecim eorū q̄ nō solū propter se si q̄d uelint philosophandā esse discernūt: sed etiā propter alios quorū bonū appetūt sicut suū. De autē secte viginti quatuor iterū geminant: addita differētia ex academicis nouis: et fiūt quadraginta octo. Illarū quippe viginti quatuor vnanquāq; sectarum potest q̄sq; sic tenere ac defendere ut certā: quēadmodū stoici defenderūt: q̄ hominis bonū quo beatus esset in animi tantūmodo virtute cōsisteret. Potest ali? ut incertam: quemadmodum defenderūt academici noui: q̄d eis et si nō certū tamē uerissimile uidebatur. Viginti quatuor ergo fiūt per eos q̄ uelut eas certas propter ueritatem: et alie viginti quatuor per eos q̄ easdem uelut incertas propter uerisimilitudinē sequēdas putat. Rursum q̄a vnanquāq; istarū quadraginta octo sectarū potest q̄sq; sequi: habitu ceterorū philosophorū: Itemq; ali? potest habitu cynicorū: ex hac ē differētia duplicant et nonaginta sex fiūt. Deinde q̄a earū singulas quasq; intuei homines possūt atq; sectari: ut aut ociosam diligant uitam: sicut hī q̄ tantūmodo studijs doctrine uacare uoluerūt atque ualuerūt: aut negociosam sicut hī q̄ cū philosopharetur: tamen amministrazione reipublice regendis que reb? hūanis occupatissimi fuerūt: aut ex utroq; genere temperatam: sic hī q̄ partim erudito ocio: partim necessario negocio: alternātia uite sue tempora tribuerūt. Propter has differētias potest etiā triplicari numerus iste sectarū: et ad ducentas octoginta octo perducī. Nec de varronis libro quantū potui breuiter ac dilucide

posui s̄nias eius meis uerbis explicāf. Quomodo aut̄ refutatis ceteris unā eligat: quā uult esse academicorū ueterum: quos a platone institutos usq; ad polemonem qui ab illo quartus eius scholam tenuit que academia ē dicta habuisse certa dogmata uult uideri: et ob hoc distinguit ab academicis non uis quibus incerta sunt omnia: quod philosophiæ genus ab arcesilao cepit succedere polemonis: eamq; sectam id est ueterū academicorū sicut dubitatio: ita omni errore carere arbitretur. Longum ē per omnia demonstrare: nec tamē ex omni parte res omittenda ē. Remouet igitur prius omnes illas differentias que numerū multiplicauerunt sectarū: quas ideo remouendas putat: quia non in eis ē finis boni. Neq; enim existimat ullam philosophiæ sectam esse dicendam que non in eo distet a ceteris quod diuersos habeat fines bonorum et malorum: quandoquidem nulla ē hominī causa philosophandi: nisi ut beatus sit. Quod autem beatum facit: ipse ē boni finis. Nulla igitur causa philosophandi nisi finis boni. Quamobrē que nullū boni finem sectatur: nulla philosophiæ secta dicenda ē. Cum ergo queritur de sociali uita utrū tenenda sit sapiētī ut summū bonum quo fit homo beatus ita uelit et curet amici sui quem admouz suum an sue tantūmodo beatitudinis causa faciat quicquid facit: non de ipso summo bono questio ē: sed de assumendo uel non assumendo socio ad huius participationē boni: non propter seipsum sed propter eundē socium ut eius bono ita gaudeat sicut suo gaudet. Item cum querit de academicis nouis quibus incerta sunt omnia: utrum ita sint res habende in quibus philosophandū ē: an sicut alijs philosophis placuit certas eas habere debeamus: non queritur quid in fine boni sectandū sit: sed de ipsius ueritate quod uidetur sectanduz

utrū sit nec ne dubitandū: hoc ē ut id planius cloquar: utrū ita sectandū sit: ut qui sectatur dicat esse uerum: an ita ut qui sectatur dicat uerū sibi uideri et si forte sit: falsum tamē uterq; sectetur unum atq; idem bonū. In illa enim differentia que adhibetur ex habitu et consuetudine cynicorum: non queritur quis nam sit boni finis: sed utrū in illo habitu et consuetudine sit uiuendum ei qui uerum sectatur bonum: quodlibet ei uerum esse uideatur atq; sectandum. Deniq; sunt que cum bona finalia sequerentur: alij uirtutem: alij uoluptatē: eundem tamen habitum et consuetudinē tenebant: ex quo cynici appellabatur. Ita illud quicquid est uirtutis philosophi cynici discernuntur a ceteris ad eligendū ac tenendum bonū quo beati fierent: utiq; nil ualebat. Nam si ad hoc aliquid interesset: profecto idem habitus eundem finē sequi cogeret: et diuersus habitus eundē sequi finem non sineret.

Quomō remotis omnibus differentijs que non secte sed rationes sunt: ad tripartitam summī boni diffinitionē uarro pueniat: quarū tamē una sit eligenda. c. ij.

i. In tribus quoque illis uite generibus: uno scilicet non segniter sed in cōtemplatione uel inquisitione ueritatis ocioso: altero in gerendis rebus humanis negocioso: tertio ex utroq; genere temperato: cum queritur quid sit horū potius eligendū: non finis boni habet cōtrouersiam: sed quid horum trium difficultatem uel facilitatē afferat ad cōsequendum uel retinendum finem boni: id in ista ratione uersat. Finis enim boni cum ad euz quisque puenit: protinus facit beatum. In ocio autem litterato uel in negocio publico uel quando utrūque uicibus agitur: non continuo quisque beatus est. Multi

quippe i quolibet horū trium uiuere possūt: et in appetēdo boni finem quo fit homo beatus errare. Alia ē igitur questio de finibus maloz et bonoz: que unanquāq; philosophoz sectam facit: et alie sunt questiones de sociali uita: de cunctatione academicorū: et de uictu et uestitu cynicorū de tribus uite generibus: ocio: actiuo: ex utroque modificato. Quoz nulla ē in qua de bonoz et maloz finibus disputatur. Proinde quoniā maro uarro has quatuor adhibēs differentias: id ē ex uita sociali: ex academicis nouis: ex cynicis: ex isto uite genere tripartito: ad sectas ducētas octoginta octo peruenit: et si que alie possunt similiter adijci: remotis eis omnibus qm̄ de sectādo summo bono nullā iferūt questionē: et ideo secte nō sunt nec uocande sūt: ad illas duodecim in quib⁹ queritur quid sit bonum hominis: quo affectuto fit beatus: ut ex eis unā ueram ceteras falsas ostendat esse reuertitur. Nam remoto illo tripartito genere uite: due partes huius numeri detrahūtur: et secte nonaginta sex remanent. Remota uero differentia ex cynicis addita: ad dimidiā redigūtur et quadraginta octo sūt. Auferam⁹ etiam quod ex academicis nouis adhibitū ē: rursus dimidia pars remanet: id ē uiginti quatuor. De sociali quoq; uita quod accesserat similiter auferat et duodecim sūt relique quas ista differentia ut uiginti quatuor fierēt duplicauerat. De his ergo duodecim nihil dici potest cur secte nō sunt habende. Nihil q̄ppe aliud in eis querit: q̄ finis bonorum et malorū. Inuentis autem bonorū finibus: profecto econtrario sunt malorū. Hec aut ut ita fiat duodecim secte: illa quatuor triplicātur: uoluptas: quies: utruq; et prima nature: que primigenia uarro uocat. Hec q̄ppe quatuor duz singulatin uirtuti

aliquādo subdūtur: ut nō propter seipsa sed propter uirtutis officium appetēda uideātur: aliquādo preferūtur: ut nō propter seipsa: sed propter hec adipiscenda uel conseruāda necessaria uirtus putetur: aliquando iungātur: ut propter seipsa et uirtus et ipsa appetēda credātur: quaternariū numerum triplū reddūt: et ad duodecim sectas perueniūt. Ex illis autem quatuor rebus tres uarro tollit: uoluptatē scilicet et quietem et utruq; nō q̄ eas improbet sed q̄ primigenia illa nature et uoluptatem i se habeāt et quietē. Quid ergo opus ē ex his duabus quedam tria facere duo scilicet dū sigillatim appetūtur uoluptas aut quies: et tertium cum ambe simul: quādoquidem prima nature: et ipsas et p̄ter ipsas alia multa contineant. De tribus ergo sectis ei placet diligēter esse tractandū: que nā sit potius eligēda. Non eim uerā plus quā unam uera ratio esse permittit: siue in his tribus sit siue alicubi alibi quod post uidebimus. Interim d̄ his tribus quomodo unam uarro eligat: quantum breuiter aperteq; possumus differamus. Iste nāq; tres secte ita fiunt: cum uel prima nature p̄pter uirtutem: uel uirtus p̄pter prima nature uel utraq; id ē uirtus et prima nature p̄pter seipsa sunt appetēda.

De trib⁹ sectis sūmū hoīs bonum querētib⁹ quā eligēdam uarro differentiat: sequēs ueteris academie antiocho auctore sentētiā. c. iij.

q̄ Uid ergo istorū trium sit uerū atq; sectandū isto modo psuadere conatur. Primum quia summum bonum in phia nō arboris: nō pecoris: nō dei: sed hominis queritur: qd sit ipse homo querendum putat. Sentit q̄ppe in eius natura duo eē quedā corpus et animam. Et horum quidez

dum melius esse animā: longeq; p̄s-
 tabilius omnino nō dubitat. Sz utq;
 anima sola sit homo: ut ita sit ei cor-
 pus tanq̄ equus equitū querendū pn̄-
 tat. Eques enī nō homo ⁊ equus:
 sed solus homo ē: ideo tamen eques
 dicitur: q̄ aliquo modo se habeat ad
 equū. An corpus solū sit homo ali-
 quo modo se habens ad animā: sicut
 poculum ad potionem. Non eim ca-
 lix ⁊ potio quam cōtinet calix simul
 dicitur poculū: sed calix solus: ideo tñ
 q̄ porioni cōtinende sit accōmodat̄.
 An uero nec anima sola nec solum
 corpus: sed simul utrunq; sit homo:
 cuius sit pars una siue anima siue cō-
 pus: ille autē totus ex utroq; cōstet vt
 homo sit: sicut lūctos duos equos bi-
 gas uocamus: quoz; siue dexter siue
 sinister pars sit bigarū: unū uero eoz;
 quoquomodo se habeat ad alterū bi-
 gas non dicimus: sed ambos simul.
 Dorū autē triū hoc eligit tertium: ho-
 minēq; nec animā solā nec corpus so-
 lum sed animam simul ⁊ corpus esse
 arbitrat̄. Proinde summū bonum
 hominis quo fit beatus: ex utriusq;
 rei bonis constare dicit̄: ⁊ anime scilz
 ⁊ corporis. Ac p̄ hoc prima illa na-
 ture p̄pter seipsa existimat eē appetē-
 da ipsaq; uirtutē quā doctrīa iherit:
 uelut artem uiuēdi que in anime bo-
 nis ē: excellētissimū bonū. Quapropt̄
 eadem uirtus id est ars agēde uite: cū
 acceperit prima nature: que sine illa
 erāt sed tñ erant: etiam qñ eis adhuc
 doctrina deerat: omnia propter seip-
 sam appetit simulq; etiā seipsā: oībus
 q; simul ⁊ seipsa utitur: eo sine ut oī-
 bus delectetur atque perfruat̄ magis
 minuscq;: ut queq; inter se maiora at-
 q; minora sūt: tamē oībus gaudēs
 ⁊ quedā minora si necessitat̄ postulat
 p̄pter maiora uel adipiscēda ul̄ tenē-
 da contēnens. Omnium aut̄ bonorū
 uel animi uel corporis nihil sibi uir-

tus omnino preponat: hec eim bene
 utitur ⁊ seipsa: ⁊ ceteris que hominē
 facit beatum bonis. Ubi uero ipsa n̄
 est: quālibet bona sint multa: n̄ bona
 eius sunt cuius sunt. Ac per hoc nec
 eius iam bona dicenda sunt: cū male
 utenti utilia esse nō possunt. Nec er-
 go uita hominis que uirtute ⁊ alijs a-
 nimi ⁊ corporis bonis sine quibus eē
 nō potest frui: beata esse dicit̄. Si
 uero ⁊ alijs sine quibus esse uirtus
 potest uel ullis ul̄ pluribus beatior.
 Si autē prorsus omnibus ut nullum
 omnino bonum desit ul̄ animi l̄ cor-
 poris: beatissima. Non enim hoc est
 uita quod uirtus: quoniam nō omnis
 uita sed sapiēs uita uirtus ē. Et tamē
 qualiscūq; uita sine ulla uirtute pōt
 esse: uirtus uero sine ulla uita esse nō
 potest. Hoc ⁊ de memoria dixerī atq;
 ratione: ⁊ siquid aliud tale ē in hoīe.
 Sunt eim hec ⁊ ante doctrinam sine
 his aut̄ nō potest ulla eē doctrina: ac
 p̄ hoc nec uirtus: que utique dicitur.
 Bene aut̄ currere: pulchrum esse cor-
 pore: uiribus preualere in gentibus ⁊
 cetera huiusmodi talia sunt ut ⁊ uir-
 sine his esse possit: ⁊ ipsa sine uirtute.
 Bona sūt tamē: ⁊ secundū istos etiaz
 ipsa p̄pter seipsam diligitur uir-
 que illis ⁊ frui sicut uirtutē decet.
 Hanc uitam beatā etiam eē phibent
 socialem: que amicorū bona p̄pter se-
 ipsa diligit sicut sua: eisque prop̄ se-
 ipsos hoc uelit quod sibi: siue i domo
 sint sicut coniūx ⁊ liberi: ⁊ quicunque
 domestici: siue i loco ubi domus eius
 est sicut urbs ē ut sūt hī qui ciues uo-
 cantur: siue in orbe toto ut sūt gētes
 quas eis societas humana coniūgit:
 siue i ipso mōdo qui censetur nomine
 celi ⁊ terre: sicut dicūt esse deos quos
 uolūt amicos esse homī sapiētī: quos
 nos familiariter angelos dicim̄. De
 bonorū autem ⁊ contrario malorum
 finib; negāt ullo modo eē dubitādū:

et hanc iter se et nouos academicos affirmant esse distantiam. Nec eorum iterum quicquam siue cynico siue alij quolibet habitu et victu: in his finibus quos ueros putat qualiter quisque philosophetur. Ex tribus porro illis uite generibus: ocioso: actiuo: et quod ex utroque est compositum: hoc tertium sibi placere asseuerant. Hoc sensisse atque docuisse academicos ueteres uarro asserit. Antiocho auctore magistro ciceronis et suo: quem sane cicerone in pluribus fuisse stoicum: quam academicum mirabilem uult uideri. Sed quid ad nos qui potius de rebus ipsis iudicare debemus: quam pro magno de hominibus quid quisque senserit scire?

De summo bono et summo malo quid christiani sentiant contra philosophos: qui summum bonum in se sibi esse dixerunt. c. iij.

Igitur queratur a nobis quid ciuitas dei de his singulis interrogata respondeat: ac primum de finibus bonorum malorumque quod sentiat: respondebit: eternam uitam esse summum bonum: eternam uero mortem summum malum. Propter illam proinde adipiscendam istamque uitandam: recte nobis esse uiuendum propter quod scriptum est iustus ex fide uiuit. Quonia neque bonum nostrum iam uidemus: unde oportet ut credendo queramus. Neque ipsius recte uiuere nobis ex nobis est: nisi credentes adiuuet et orantes qui et ipsam fidem dedit: qua nos ab illo adiuuandos esse credamus. Illi autem qui in ista uita fines bonorum et malorum esse putauerunt: siue in corpore siue in anima: siue in utroque ponentes summum bonum: atque ut id efficacius eloquar: siue in uoluptate: siue in uirtute: siue in utroque: siue in uoluptate simul et quiete: siue in uirtute: siue

in utrisque: siue in primis nature: siue in uirtute: siue in utrisque. Hic beati esse: et a seipsis beati fieri mira uanitate uoluerunt. Irrisit hos ueritas per prophetam dicentem. Nouit dominus cogitationes hominum quoniam uane sunt. Aut sic hoc testimonium posuit apostolus paulus. Dominus nouit cogitationes sapientium quonia uane sunt. Quis eorum sufficit quantouis eloquentie flumine uite huius miseras explicare: quam lamentatus est cicerone in consolatione de morte filie sicut potuit: Sed quantum est quod potuit? Ea quippe que dicuntur prima nature: quando: ubi: quomodo tam bene se in hac uita habere possunt ut non sub incertis casibus fluctuent? Quis eorum dolor contrarius uoluptati: que inquietudo contraria quieti: in corpus sapientis cadere non potest? Membrorum certe amputatio uel membro debilitas hominis expugnat incolumitatem: deformitas pulchritudinem: imbecillitas sanitatem: uires lassitudo: mobilitatem torpor ac tarditas. Et quid horum est quod nequeat in carne sapientis irruere? Status quoque corporis atque motus: cum decet atque congruetes sunt iter nature prima numeratur. Sed quod si aliqua mala ualitudo membra tremore concutiat? Quid si usque ad ponendas manus in terram dorsum spina curuetur et hominem quodammodo quadrupedem faciat? Nonne omnem statum endi corporis et mouendi speciem decusque peruertet? Quid ipsius animi primitiua que appellatur bona: ubi duo prima ponunt propter comprehensionem perceptionemque ueritatis sensus et intellectum? Sed qualis quantumcumque sensus remanet: si ut alia taceam fiat homo cecus et surdus? Ratio uera et intelligentia quo recedit ubi sopit: si aliquo morbo efficiat insanus? Probrenetici multa absurda cum dicunt uel faciunt: plurimumque a bono suo proposito et

moribus aliena: imo suo bono pposito moribusq; cōtraria: siue illa cogitemus siue illa uideamus: si digne cōsideremus lachrymas tenere uix possumus: aut forte nec possum? Quid dicā de his q; demonū patiūtur icursus: Ubi habēt absconditā z obrutā intelligentiā suam: quando secunduz suam uolūtatem z animā eorū z corpore: malignus utitur spiritus? Et q̄s confidit hoc malū in hac uita sapiēti euenire nō posse? Deinde perceptio ueritatis in hac carne qualis z q̄ta est: quando sicut legimus in ueraci libro sapientie corpus corruptibile aggrauat animā z deprimit terrena inhabitatio sensum multa cogitantē? Impetus porro uel actionis appetitus: si hoc modo recte latini appellāt eā quā greci uocant ormen: quia ipsā primis bonis nature deputāt nōne ipse ē quo gerūtur etiā insanorū illi mot' miserabiles. z facta que horrem? quādo peruertitur sensus: ratioq; sopitur. Porro ipsa uirtus que nō ē iter prima nature: quoniā eius doctrina postea introducēte superuenit: cum sibi bonorū culmen uindictet humanorū quid hic agit nisi perpetua bella cum uicijs nec exterioribus sed interiorib' nec alienis sed plane nostris z propis maxie illa q; grece sophros siue latie tēperātia noiat: qua carnales frenātur libidines: ne in queq; flagitia mentez consentientem trahant. Neq; enim nullum est uitium cum sicut dicit apostolus caro concupiscit aduersus spiritum: cui uitio contraria uirtus ē: sicut dicit idem: spiritus concupiscit aduersus carnem. Hec enim inquit sibi inuicem aduersantur ut nō ea que uultis faciatis. Quid autem facere uolumus cum perfici uolumus finē sūmi boni: nisi ut caro aduersus spiritū nō concupiscat: nec sit in bonis hoc uitium contra quod spiritus concu-

piscat: Quod in hac uita quamuis uelimus quoniā facere nō ualeam? id saltem in dei adiutorio faciamus: ne carni cōcupiscenti aduersus spiritum succūbente spiritu cedamus: et ad perpetrandū peccatum nostra cōsensione pertrahamur. Absit autem ut quādiu in hoc bello intestino sumus: iam nos beatitudinem ad quā uincēdo uolumus peruenire adeptos esse credamus. Et quis est usq; adeo sapiens: ut contra libidines nullū habeat omnino cōslictū? Quid illa uirtus que prudētia dicitur: Nonne tota uigilantia sua bona discernit a malis: ut in illis appetēdis istisq; uitādis error nullus obrepat? Ac per hoc z ipa nos in malis: uel i nobis eē mala testatur. Ipsa eim docet nos malū esse ad peccandū cōsentire: bonūq; eē ad peccandū nō cōsentire libidini. Illud tamē malū cui nos nō cōsentire prudentia docet facit tēperātia. Nec prudentia nec tēperantia omnino l' iprudentiam ul' intēperantiā tollit huic uite. Quid iustitia: cuius munus ē sua cuiq; tribuere: vnde fit in ipso homie quidā iustus ordo nature: ut aia subdatur deo z anime caro: ac p hoc deo z anima z caro: Nonne demonstrat i eo se adhuc opere laborare potius q̄ in huius operis iam sine requiescere? Tanto q̄ppe minus anima subditur deo: q̄to minus deū in ipsiis suis cogitationibus cōcipit: z tāto minus anime subditur caro: quāto magis aduersus spiritū cōcupiscit. Quādiu ergo nobis inest infirmitas: hec pestis: hic languor: quomodo nos iam saluos: z si nōdum saluos: quomō iam beatos illa finali beatitudine dicē audebimus? Jam uero illa uirtus cuius nomē ē fortitudo in quātacūq; sapientia euidentissima testis ē maloz humanorum: que cōpellitur patiētia tolerare. Que mala stoici philosophi

miror qua fronte mala nō eē contēdant: quibus fatētur si tanta fuerint: ut ea sapiens ul' nō possit ul' nō debeat sustinere: eum cogi mortē sibi met inferre: atq; ex hac uita migrare. Tātus autē superbie stupor ē in his hominibus: hic se habere finem boni et a seipsis fieri beatos putātibus: ut sapiens eorum hoc ē qualem mirabili uanitate describunt: etiam si cecetur: absurdescat: obmutescat: mēbris debilitetur: doloribus crucietur: et si qd aliud talium malorum dici aut cogitari potest incidat in eum: quo sibi mortem cogatur inferre: hanc in his malis uitam cōstitutam eos non pudeat uocare beatam. O uita beata: q̄ ut finiatur mortis querit auxiliū. Si beata ē maneat in ea. Si uero propter ista mala fugitur ab ea: quomodo ē beata? Aut quomodo ista nō sunt mala: que uincūt fortitudinē bonum: eandemq; fortitudinē nō solum sibi cedere: uerum etiam delirare cōpellunt: ut et eandem uitam dicant beatam: et persuadeāt esse fugiendam? Quis usque adeo cecus ē ut nō uideat: ut si beata esset fugienda non esset? Sed si propter infirmitatis pondus qua premitur hanc fugiendam fatentur. Quid igitur cause ē? cur nō etiam miserā fracta superbie ceruice fateāt? Utrū obsecro cato ille patiētia: an potius ipatentia se peremit? Non enim hoc fecisset nisi uictoriā cesaris ipatenter tulisset. Ubi ē fortitudo? Nempe cessit: nempe succubuit: nempe usque adeo supata ē: ut uita beatā derelinqueret: desereret: ac fugeret. An nō erat iam beata? Misera ergo erat. Quomodo ergo mala nō erant: que uitam miseram fugiendamq; faciebāt? Quapropter etiā ipsi qui mala ista eē cōfessi sunt: sicut pipatentici sicut ueteres acadēmici: quoz sectam uarro defendit: tolerabilius quidē loquuntur:

sed eorū quoq; mirus ē error: q̄ i his malis n̄ si tam graua sunt ut morte fugienda sint: ab ipso sibi met illata q̄ hec patitur: uitam beatā tamē esse cōtendunt. Mala sunt inquit tormenta atq; cruciatus corporis et tanto sunt peiora quāto potuerūt esse maiora: quibus ut careas ex hac uita fugiendum ē. Qua uita obsecro? Hec inquit: que tantis aggreuatur malis. Certe ergo beata est in eisdem ipsis malis: propter que dicis esse fugiendam an iō beatam dicis quia licet tibi ab his malis morte recedere? Quid si ergo i eis aliquo diuino teneris iudicio: nec pmittereris mori: nec unq̄ sine illis eē sineris? Nempe tūc saltem miseram diceres talem uitam. Non igitē p̄p̄ta misera nō est: quia cito relinquitur: quandoquidem si sempiterna sit etiā abs teipso misera iudicabitur: nō itaque propterea quia breuis ē nulla miseria uideri debet: aut quod ē absurdius: quia breuis miseria ē ideo etiam beatitudo appellari. Magna uis ē in eis malis: que cogunt hominē secundum ipsos etiam sapientē: sibi met auferre q̄ homo ē: cum dicat et uerū dicant hanc esse nature primā quodam modo et maximā uirtutem ut homo cōcilietur deo: et p̄p̄terea mortē naturaliter fugiat: ita sibi amicus ut esse animal: et in hac cōiunctione corporis atque anime uelit uiuere uehemēter que appetat. Magna uis ē in eis malis quibus iste nature uincit sensus: quo mors omnis modo omnibus uiribus conatibusq; uitatur: et ita uincitur ut que uitabatur optetur: appetatur: et si nō potuerit aliunde cōtingerē: ab ipso homine sibi met inferat. Magna uis ē in eis malis: que fortitudie faciūt homicidam: si tamen adhuc dicenda ē fortitudo: que ita his malis uincitur: ut hominē quē sicut uirtus regendū tuendūque suscepit: nō mō

nō possit per patientiam custodire s; ipsa insuper cogatur occidere. Debet quidē etiam mortem ferre sapiens patienter: sed que accidit aliāde. Secundum istos autē si eam sibi ipsi inferre compellitur: profecto fatendū ē eis: nō solum mala: sed intolerabilia etiā mala esse: que hoc eū perpetrare compellunt. Vita igitur que istorū tā magnorum tam grauiūq; malorū aut p̄mitur oncribus aut subiacet casibus: nullo modo beata diceretur: si hoīes qui hoc dicunt sicut uicti malis igravescētibus cum sibi mortē ingerunt: cedūt infelicitati: ita uicti certis rationibus cum querūt beatā uitā dignarentur cedere ueritati: et nō sibi in ista mortalitate putarēt sine summi boni esse gaudendū: ubi ipse uirtutes quibus hic nihil certe melius atq; utilius in homine reperitur: quāto maiora sūt adiutoria contra uim squallorū: laborum dolorū: tanto fideliora testimōia miseriarū. Si enim uere uirtutes sūt: que nisi in eis quibus uera inē pietas esse nō possūt: nō se profitentur hoc posse: ut nullas miseras homines patientur in quibus sunt. Neque enim mendaces sunt uere uirtutes: ut hoc profiteatur: sed ut uita humana que tot et tantis huius seculi maculis cogitur misera: spe futuri seculi sit beata sicut et salua. Quomodo eim beata ē: que nōdum salua est? Unde et ap̄tus paulus nō de hominibus imprudētibus: impatiētibus: intemperātibus: et iniquis: sed d̄ his qui secundum ueram pietatem uiuerent: et ideo uirtutes quas habent ueras haberent aut. Spe eim salui facti sumus. Spes autē que uidetur nō est spes. Quod enim quōs uidet: quid sperat? Si autē quod n̄ uidemus speramus: per patientiam expectamus. Sicut ergo spe salui: ita spe beati facti sumus: et sicut salutes: ita beatitudinem non iam tenemus

presentem sed expectamus futuram: et hoc per patientiam: quia in malis sumus que patienter tolerare debemus: donec ad illa ueniamus bona: ubi omnia erant quibus ineffabiliter delectemur: nihil erit autem quod tā tolerare debeamus. Talis salus que in futuro seculo erit: ipsa erit etiā finalis beatitudo. Quam beatitudinē ipi philosophi quoniam nō uidentes nolunt credere: hic sibi conantur falsissimam fabricare quāto superbiore tāto mendaciore uirtute.

De sociali uita: que cū maxime expectanda sit multis offensionibus sepe subuertitur. c. v.

q Quod autem socialem uitam eē uolūt sapientes: nos multo amplius approbamus. Nam unde ista dei ciuitas de qua huius operis ecce iam unde nonumdecimum librū uersamus in manibus: uel inchoaretur exortu: uel progredieretur excursu: uel debitos apprehēderet fines: si nō eēt socialis uita sanctorū? Sed i huius mortalitatis erumna: quot et quātis abundet malis humana societas quōs enumerare ualeat? Quis existimare sufficiat? Audiāt apud amicos suos: hominē cum sensu atq; cōsensu omnium hominū dicere: duxi uxore: quā ibi miseriam uidi: nati filij alia cura. Quid itidem illa que in amore uitia cōmemorat idē terētius: iurie: suspiciones iūmicie: bellum: pax rursus. Nōne res hūanas ubiq; iplueūt? Nōne hec et in amicorū honestis amoribus plerunque contingunt? Nonne his usquequaque plene sunt res humane: ubi iniurias: suspensiones inimicitias: bellum certa mala sentimus: pacem uero incertum bonū: quoniam corda eorum cum quibus eam tenere uolumus? ignoramus? et si hodie nosse

possemus: qualia cras futura essent utiq; nesciremus: Qui porro inter se amicitiores solent esse uel debent: q̄ qui una domo continentur: Et tamē quis inde securus est: cum tanta sepe mala ex eorum occultis insidijs extiterint: tanto amariora quāto dulcior pax fuit: que uera putata est cum astutissime fingeretur: Propter quod omnium pectora sic attingit: ut cogat in gemitum: quod ait tullius. Nulle sunt occultiores insidie: q̄ he que latent in simulatione officij: aut in aliquo necessitudinis nomine. Nam eū qui palam est aduersarius facile cauendo uitare possis: hoc uero occultum: intestinum ac domesticū malū: nō solum existit: uerum etiam opprimit antequam prospicere atq; explorare potueris. Propter qd̄ diuina uox illa: et inimici hominis domestici eius cum magno dolore cordis auditur: quia et si quisque tam fortis sit ut e quo animo perferat: uel tam uigilās ut prouido cōsilio caueat: que aduersus eum molitur amicitia simulata: eorum tamen hominum perfidorum mala cum eos esse pessimos experit: si ipse bonus ē grauius excruciet necesse ē: siue semp mali fuerint et se bonos sinxerint: siue i istā malitiā ex bonitate mutati sint. Si ergo domo cōmune perfugiū in his malis humani generis tuta nō ē. quid ciuitas: q̄ q̄to maior ē tanto forū eius litibus ciuilibus et criminalib⁹ plenius etiam si quiescant nō solum turbulēte: uerum etiam sepius et cruenta seditiones et bella ciuilia: a quorum euentibus sūt aliqñ libere ciuitates: a piculis nūq̄?

De errore humanoꝝ iudicioꝝ cū ueritas latet. c. vi.

q̄ Quid ipsa iudicia hominum de hoibus: que ciuitatibus etiam

in q̄talibet pace manētib⁹ deesse nō possunt: qualia putam⁹ eē q̄miserā: q̄ dolēda quādo quidē hi iudicāt: qui cōscientias eorū de quibus iudicant cernere nequeūt: Unde sepe cogūtur tormētis innocētū testū ad alienam causam pertinentē querere ueritate. Quid cum in sua causa quisq; torquetur et cū querit utrū sit nocens: cruciat⁹ et inocens: luit p̄ incerto scelē certissimas penas: nō quia illud commississe detegitur: sed quia nō commississe nescitur: Ac per hoc ignorātia iudicis plerūq; ē calamitas innocentis. Sed quod intolerabilis ē magis que plangendū: rigandū q̄ si fieri posset fontibus lachrymarū: cuz propterea iudex torqueat accusatum: ne occidat nesciens innocentē: sit per ignorantie miserā ut et tortum et innocētē occidat: quem ne innocentem occideret torserat. Si enim secundum istorum sapientiā delegerit ex hac uita fugē: q̄ diutius illa sustinere tormenta: qd̄ nō cōmisit commississe se dicit. Quo dā nato et occiso: utrum nocentem an innocentem iudex occiderit adhuc nescit: quem ne innocentem nesciēs occideret torfit: ac per hoc innocentē et ut sciret torfit et dum nesciret occidit. In his tenebris uite socialis sedebit iudex ille sapiēs: an nō audebit? Sedebit ille plane. Constringit eum eū et ad hoc officij pertrahit humana societas: quā deserere nefas ducit. Hoc eiz nefas eē nō ducit: q̄ testes inocētes in causis torquetur alienis: q̄ hi qui arguuntur ui doloris plerūq; superati et de se falsa cōfessi etiam puniūtur innocentes: cum iam torti fuerint innocentes. Quod nisi non morte puniantur: i ipsis uel ex ipsis tormētis plerūq; moriūtur. Quod aliqñ et ipsi q̄ arguūt humane societati fortasse ne crimina impunita sint p̄desse cupientes: et mentientibus testibus reoq; ipso

contra tormēta durante immanif nec fatente: probare quod obijciūt nō valentes quamuis uera obiecerint: a iudice nesciēte dānātur. Hec tot ⁊ tanta mala deputat esse peccata. Nō eim hec fecit sapiens iudex uoluntate nocendū: sed necessitate nesciendū: ⁊ tamē quia cogit humana societas iudicādi etiā necessitate. Hec ē ergo quā dicimus miseria certe hominis: ⁊ si nō malitia sapientis. An uero necessitate nesciēdi atque iudicandi torquet ifontes: punit ifontes: ⁊ parū ē illi q̄ nō ē reus: si nō sit insuper ⁊ beatus? Quāto consideratius ⁊ homie dignius ⁊ hominem agnoscit in ista necessitate eamque miseriam in se odit: ⁊ si pie sapit clamat ad deum: de necessitatib⁹ meis erue me.

De diuersitate linguarū qua societas hominū dirimit: ⁊ de miseria bellorum etiā que iusta dicūtur. c. viij.

Post ciuitatē uel urbem sequit̄ orbis terre: in quo tertium gradum ponūt societatis humane: incipientes a domo atque inde ad urbē: deinde ad orbem terre progrediendo ueniētes. Qui utiq; sicut aquarū cōgeries quāto maior ē tanto periculis plenior. In quo primū linguaruz diuersitas hominem alienat ab homie. Nam si duo sibi met̄ iuicem siāt obuiam: neq; preterire sed simul eē aliqua necessitate cogātur: quoz̄ neuter nouit linguā alteri⁹: facili⁹ sibi animalia muta ēt diuersi generis: q̄ cū illi sint hoies ambo sociant̄. Quādo eim que sentiūt iter se cōmunicare nō possunt ppter solam linguarum diuersitatez: nihil pdest ad sociādoa homines tāta similitudo nature: ita ut libētius hō sit cum cane suo: q̄ cū homine aliēo. At eim opera data ē ut imperiosa ciuitas: nō solum iugum uerum etiā

linguam suam domitis gentibus per pacem societatis imponeret: per quā nō deesset imo ⁊ abūdaret etiā iterpretum copia. Verum ē. Sed hoc q̄ multis ⁊ q̄grandibus bellis: quanta strage hominum: quāta effusioe humani sanguinis comparatū ē? Quibus transactis: nō ē tamē eorundem malorū finita miseria. Quāuis eim nō defuerint neque hostes desint extere nationes: cōtra quas semp bella gesta sunt ⁊ gerūtur: tñ etiā ipsa imperij latitudo peperit peioris generis bella: socialia scilicet atque ciuilla: q̄bus miserabilius quatitur genus humanū: siue cum belligeratur ut aliqñ conquiescāt: siue cum timet ne rursus exurgant. Quorum malorū multas ⁊ multiplicēs clades: duras ⁊ diras necessitates: si ut dignū ē eloqui uelē: quanq̄ nequaquā sicut res postulat possim: quis erit prolixē disputatiōis modus? Sed sapiens inquit iusta bella gesturus ē. Quasi nō se hominē meminit: multo magis dolebit iustorum necessitates sibi extirasse belloz: quia nisi iusta essent: ei gerēda n̄ eēt. Ac per hoc sapiētī nulla bella essent. Iniquitas eim partis aduerse iusta bella ingerit gerēda sapiētī: q̄ iniqtas homini utiq; ē dolēda quia hominū ē: ⁊ si nulla ex ea bellādi necessitas nasceretur. Hec itaq; mala tam magna: tam horrēda: tam seua: quisquis euz dolore cōsiderat: miseriam necesse ē fateatur. Quisquis autē l̄ patit̄ ea sine animi dolore uel cogitat: multo utique miserius ideo se putat beatū q̄a ⁊ humanū perdidit sensum.

De amicitia bonorum secunda esse nō possit: dā a periculis q̄ in hac uita sunt trepidare necesse ē cap. viij.

I autē nō cōtingat quedā ignorantia similis demētie: q̄ tamen

in huius vite misera cōditione sepe ptingit: ut credat ul' amicus eē q̄ ūmicus ē: ul' ūmicus q̄ amicus ē: qd̄ nos cōsolat' i hac humana societate erroribus erūnisq̄ plenissima: nisi fides n̄ ficta: ⁊ mutua dilectio verorū bonorū q̄ amicorū quos q̄to plures ⁊ i pluribus locis habemus: tāto longi' latiusq̄ metuimus: ne quid eis cōtigat malū de tātis malorū aggerib' huius seculi: Non eim̄ tantummodo solliciti sumus ne fame: ne bellis: ne morbis: ne captiuitatib' affligātur: ne in eadē seruitute talia patiātur: qualia nec cogitare sufficimus: uerū etiā ubi timor multo amarior ē: ne in p̄fidia malitiam: nequitiāq̄ mutentur. Et qm̄ ista cōtingūt: tanto utiq̄e plura q̄to illi sunt plures: ⁊ i pluribus locis: ⁊ i nostram notitiā proferūtur quibus cor nostrū flagris uratur: quis potest nisi qui talia sentit aduertere? Mortuos q̄ppe malleus audire: quāuis ⁊ hoc sine dolore audire nō possem'. Quorum eim̄ nos uita p̄pter amicitie socialis solacia delectabat vnō fieri pōt ut eorum mors nobis nullā ingerat mestitudinē: Quā qui prohibet: p̄hibeat si potest amica colloquia: interdicit amicabilem societate' uel interdicit affectū omnium humanarū necessitudinum: uinculam mētis imitū immitti stupore dirūpat: aut sic eis utendū censeat: ut nulla ex eis animū dulcedo perfūdat. Quod si fieri nullo modo pōt: etiā hoc quo pacto futurū ē ut eius nobis amara mors n̄ sit: cuius dulcis ē uita. Hinc ē eim̄ et luctus quidā in humano corde quasi uulnus aut ulcus: cui sanādo adhibentur officiose cōsolationes. Nō eiz p̄pterea nō ē quod sanet: qm̄ quanto ē animus melior: tāto in eo facillius citiusq̄ sanatur. Cum igitur etiā de carissimorū mortibus: maxime quorū sunt humane societati officia necessa-

ria nūc mitius nūc asperius affligat uita mortalium: tñ eos mortuos quos diligimus: q̄ uel a fide uel a bonis morib' lapsos: hoc ē in ipsa anima mortuos audire seu uidere malle'. Quia ingētī materia malorū plena est terra: propter quod scriptū ē Nūqd̄ nō tentatio ē ulti humana super terram? Et propter quod ipse dominus ait: ue mūdo a scandalis. Et iterum. Quoniam abūdauit inquit iniquitas refrigescet caritas multorū. Ex quo fit ut bonis amicis mortuis gratulemur: ⁊ tamē mors eorū nō cōtristet: ipsa nos certius cōsoletur: quoniam malis caruerūt quib' i hac uita etiāz boni hoīes ul' cōteruntur: uel deprauantur: ul' in vtroq̄ periclitātur.

De amicitia angelorū q̄ homini in hoc mūdo nō pōt eē manifesta p̄pter fallaciā demonū: i quos iciderūt qui multos sibi dōs colēdos putauerūt. c. ix.

i N societate uero sanctorū āgelorum: quā philosophi illi qui nobis deos eē amicos uoluerūt quanto cōstituerūt loco: uelut ad mundūz ueniētes ab orbe terrarū: ut sic quodammodo cōplecterētur ⁊ celū nullo modo quidē metuimus: ne tales amici ul' morte nos sua ul' deprauatione contristet. Sed quia nobis nō ea qua homines familiaritate miscuntur: qd̄ etiā ipsum ad erumnas p̄tinet huius uite: ⁊ aliquādo sathanas sicut legimus transfiguratur se in angelum lucis ad tentandos eos quos ita uel erudiri opus ē: ul' decipi iustum est: magna dei misericordia necessaria ē: ne quisquam cum bonos angelos amicos se habere putat: habeat malos demōes amicos fictos: eosq̄ tāto nocetiores: quāto astutiores ac fallaciorel patiat' ūmicos. Et cui magna dei misericordia ista ē necessaria nisi magne hūane

miserie: que ignorãtia tãta premitur: ut facile istoꝝ simulatione fallat. Et illos quidẽ philosophos i impia ciuitate qui deos sibi amicos eẽ dixerunt i demones malignos incidisse certissimũ e: quib? tota ipsa ciuitas subdit eternũ cum eis habitura suppliciuꝝ. Ex eoz q̄ppe sacris ul? potius sacrilegõs: quib? eos colendos: et ex ludis immũdissimis ubi eoz crimina celebrãtur: quibus eos placãdos putauerunt: eisdem ipsi auctorib? et exactoribus talũ tantorũq; dedecoz: satis ab eis q̄ colãtur apertum est.

Qui fructus factis de supata hui? uite tentatiõẽ pariatur. c. x.

quibus male uiuentibus pollicentur: quia
nō solū sacramēto s; re ipsa māduca
uerūt corp^o christi in ipso corpe eius
cōstituti. De quo dicit apłus: un^o pa
nis unū corp^o multi sumus: ut etiā
si postea in aliquā heresi uel etiā i gē
tiliū idolatriā lapsi fuerit: tantū quia
i corpe christi id est in catholica ecclē
sia sūperūt baptisimū christi et mādu
cauerunt corpus christi nō moriant^r
in eternū: s; uitā qñq; consequant et
nā: atq; illa ois ipietas quāto maior
fuerit: non eis ualeat ad eternitatē: s;
ad diurnitatē magnitudinēq; pena
rum.

De his q; eos q; pmanēt i catholica
fide: et si pessime uixerit: et ob hoc uri
meruerit: tñ pp̄ fidei fundamentū sal
uandos esse diffiniūt. cap. xxi.

I Unt autē q; ppter id qd scriptū
est qui pseuerauerit usq; in finē
hic saluus erit: nō nisi i ecclēsia catho
lica pseueratibus quibus in ea male ui
uentibus hoc pmittit: p ignē uidelz
saluandis: merito fundamenti d quo
ait apłus. Fūdamētū enī aliud nemo
pōt ponē prē id qd positū est: quod ē
christus iesus. Si q; aut edificauerit
supra fundamentū hoc aurū: argētū:
lapides preciosos: ligna: fenū: stipulā.
uniuscuiusq; opus manifestabit. Di
es enī dñi declarabit: quia in igne iue
labit: et uniuscuiusq; opus quale sit
ignis pbabit. Si cuius opus pman
serit qd supedificauit: mercedē accipi
er. Si cuius opus autē arserit: detri
mentū patiet: ipse autē saluus erit: sic
tñ quasi p ignē. Dicūt ergo cuiuslibz
uite catholicū christianū christū hē
in fundamentō: qd fundamentū nulla
heresis hēt a corpis eius unitate pre
cisa: et iō ppter hoc fundamentū etiā si

male uite fuerit catholicus christia
nus: uelut qui superedificauerit ligna
fenū: stipulā: putant eū saluū fieri per
ignē: id ē post penas ignis illi libera
ri: quo igne i ultio iudicio punientur
malī.

De his qui putant ea crimina que
inter elemosynarū crimina cōmittūt
ad dānatōis iudiciū n̄ uocari. c. xxij.

C Ompezi autē etiā quosdā puta
re eos tantūmō arduos illius
etnitate supplicij: q; p peccatis suis fa
cēt dignas elemosynas negligūt. Jux
ta illud apostoli iacobi. Iudiciū autē
sine misericordia fiet illi q; nō fecit mi
sericordiā. Qui ergo fecerit inquit
quibus mores in melius nō mutauerit
sed iter ipsas suas elemosynas nefa
rie ac neq;ter uixit: cū misericordia illi
iudiciū futurū est: ut aut nulla dānati
ōe plectat: aut post aliquod tēp^o siue
pui siue plixū ab illa dānatōe libere
tur. Iō iudicē ipsū uiuoz atq; mortu
orū noluisse existimāt aliud cōmemo
rare se esse dicturū: siue dextis quib^o
daturus est uitā eternā: siue sinistris
quos eterno supplicio dānatur^o: nisi
elemosynas siue factas siue nō factas.
Ad hoc ptinere atūr: et in oratōe dñi
ca quotidianā postulatōem. Dimitte
nobis debita nostra sicut et nos dimit
tim^o debitorib^o nris. Quisq; enī illi
q; in eō peccauit dimittit ignoscendo
peccatū: pculdubio elemosynā facit.
Quā rē dñs ipse sic cōmēdauit ut di
cēt. Si enī dimiseritis peccata hōib^o:
dimittet uobis et pat^o uester peccata
uestra. Si autē nō dimiseritis hōibus
neq; p̄ uester q; in cel^o est dimittet uo
bis. Ergo et ad hoc gen^o elemosyna
rū ptinet quod ait apostolus iacob^o:
iudiciū futurū sine misericordiā ei q;
nō fecit misericordiā. Nec dixit domi
nus inqunt magna uel pua: s; dimit
ter uobis pater uester peccata uza: si

et uos dimiseritis hominibus. Ac per hoc putant etiam eis qui perdit uixerunt donec claudat die uite huius extremam. per hanc orationem qualiacumque et quacumque fuerit omnia quotidie peccata dimitti: si cut ipsa quotidie frequenter oratio: si hoc tantummodo custodire meminerint. ut quando ab eis uenia petitur quod eos peccato qualicumque leserunt: ex corde dimittant. Cum ad hec omnia deo donante respondero: liber iste claudendus est.

Contra opinionem eorum quod dicunt nec diaboli nec hominum malorum perpetua futura supplicia. cap. xxiiij.

a. **L** primum queri oportet atque agnosci cur ecclesia ferre nequiuerit hominum disputatorem diabolo etiam post maximas et diuturnissimas penas purgationem uel indulgentiam pollicetur. Neque enim tot sancti et sacris uerbis ac nouis literis eruditi mandatorum et regni celorum beatitudinem post qualiacumque et quacumque supplicia qualibetcumque et quantumcumque angelis iudicantur: sed potius uiderunt diuinam uacuari uel infirmari non posse sententiam: quam se pronunciant dominus in iudicio platurus atque dicitur. Discedite a me maledicti in ignem eternum: quod patitur est diabolo et angelis eius: sic quippe ostendit eterno igne diabolum et angelos eius arduos. Et quod scriptum est in apocalypsi diabolus qui seducebat eos missus est in stagnum ignis et sulfuris: quo et bestia et pseudo prophetia cruciabunt die ac nocte in secula seculorum. Quod ibi dictum est eternum: hic dictum est in secula seculorum. Quibus uerbis nihil scripta diuina significare consuevit: nisi quod finem non habet temporis. Quamobrem prius nec alia causa nec iustior atque manifestior inueniri potest: cur uerissima potestate teneatur fixum et immobile: nullam regressum ad iustitiam uitamque sanctorum diabolum et angelos eius hincuros: nisi a scriptura que ne-

minem fallit dicit eis deum non pepercisse: et sic ab illo se esse in ipsos perdatos ut carceribus caligis inferni retrusum traderent seruandi atque ultio iudicio puniendi: quando eos eternum ignis accipiet: ubi cruci abunt in secula seculorum. Quod si ita est: quomodo ab huius eternitate pene uel uniuersum si uel quidam homines post quantumlibet temporis subtrahent: ac non statim eneruabit fides qua creditur sempiternum dominum futurum esse supplicium. Si enim quibus dicitur discedite a me maledicti in ignem eternum quod patitur est diabolo et angelis eius: uniuersi uel aliqui eorum non semper ibi erunt: quid causa est cur diabolus et angelus eius sepe ibi futuri esse credant. An forte dei sententia que in malos angelos et homines profertur: angelos uera erit: in homines falsa. Ita plane hoc erit si non quod deus dixit: sed quod suspicant homines potius ualebit. Quod fieri quia non potest: non argumentari aduersus deum: sed diuino potius dum tempus est debet pere precepto: quod sepe cupiunt carere supplicio. Deinde quale est eternum supplicium per ignem diuini temporis existare: et uitam eternam credere sine fine: cum Christus eodem ipso loco in una eademque sententia dixerit utrumque complexus: sic ibunt isti in supplicium eternum: iusti autem in uitam eternam. Si utrumque eternum profecto aut utrumque cum sit diuini: aut utrumque sine fine perpetuum deus intelligi: pari enim relata sunt: hinc supplicium eternum inde uita eterna. Dicitur autem in hoc uno eodemque sensu: uita eterna sine fine erit supplicium eternum finem habebit: multum absurdum est. Unde quia uita eterna sanctorum sine fine erit: supplicium quoque eternum quibus erit: proculdubio finem non habebit.

Contra eorum sensum quod in iudicio dei omnibus reus propter sanctorum preces putat esse parcendum. cap. xxiiij.

b. **O**c autem et aduersus eos ualget: quod suas agentes causas per dei uerum

Vba aelut misericordia maiore conat
 ur iō uidelicet uera sint: q̄a ea que di
 xit hoies esse passuros pati digni sūt
 nō q̄a passuri sunt. Donabit enī eos ī
 quiūt p̄cibus sāctoz̄ suoz̄: et tūc tan
 to magis oratiū p̄ inimicis suis q̄to
 sunt uiq̄z sāctiores: eorūq̄z est effica
 cior ozo et exauditiōe dei dignior: iaz
 nullā h̄ntiū oīo peccatū. Cur ergo ea
 dē p̄fectissima sāctitate: et cūcta impe
 trare ualētibus mūdissis et misericor
 diis p̄cibus etiā p̄ āgel̄ nō orabūt q̄
 bus paratus est ignis eternus: ut de
 sententiā suā mitiget et reflectat ī me
 lius: eosq̄z ab illo igne faciat alienos.
 An erit forsita q̄sq̄ q̄ et hoc futuruz
 esse p̄sumat: affirmās etiā sanctos an
 gelos simul cū sāctis hōibus q̄ tunc
 equales erūt āgel̄ dei: p̄ dānādīs et ā
 gel̄ et hōibus oraturos ut misericor
 dia nō patiant q̄d ueritate merentur
 pati: q̄d nemo sane fidei dixit: nemo
 dīcturus est. Alioq̄n nulla cā est cur
 nō etiā p̄ diabolo nunc et angel̄ eius
 oret ecclesia: quā magister de^o pro ini
 micis suis iussit orare. Hec igitur cā
 qua fit ut nō ecclesia nō oret p̄ malis
 angelis: quos suos nouit eē inimicos
 eadē ipsa cā est qua fiet ut in illo tunc
 iudicio etiā pro hominib⁹ eterno igni
 cruciādīs: q̄uis p̄fecta sit sāctitate nō
 oīz. Nūc enī p̄pterea p̄ eis orat quos
 in genere humano h̄z inimicos: quia
 tēpus est penitētie fructuose. Nam ut
 q̄d maxie p̄ eis orat: nisi ut det ill⁹ de^o
 sicut dicit apostolus penitentiā et resi
 p̄scent de diaboli laqueis a quo cap
 iui tenēt secundū ipsius uoluntatē:
 deniq̄z si de aliq̄bus ita certa esset: ut
 q̄ se illi ēt nosset: q̄ lz adhuc in hac ui
 ta sint cōstituti: tñ p̄destinati sūt in et
 nō ignē ire cū diabolo: tā p̄ eis nō ora
 ret q̄ nec p̄ ipso. Sed q̄a de nullo cer
 ta est: orat p̄ oibus duntaxat hōibus
 inimicis suis in hoc corpe cōstitutis:
 nec tñ pro oibus exaudit. Pro his. n.

sol exaudit: qui etsi aduersant eccle
 sie: ita sūt tñ p̄destinati ut p̄ eis exau
 diat ecclesia: et filij efficiāt ecclesie. Si
 q̄ autē usq̄z ad mortē hēbūt cor ipeni
 tens: nec ex inimicis cōuertet in filios
 nūq̄d iā p̄ eis id est pro taliū defūcto
 rū sp̄ritib⁹ orat ecclesia: Cur ita nisi
 q̄a in pte iā diaboli cōputat: q̄ dum
 essent in corpe nō sūt trāslati ad chri
 stū. Eadē itaq̄z cā est cur nō oret tunc
 pro hōibus etno igne puniēdis: q̄ cā
 est ut neq̄z nūc neq̄z tūc oret pro āge
 lis mal: que itidē cā est: ut q̄uis p̄ ho
 minibus nunc uiuis oret etiā malis:
 tñ iā nec nūc oret p̄ ifidelib⁹ ip̄s̄q̄z o
 functis. Nā pro defūctis q̄busdā uel
 ipsius ecclesie uel quorūdā piorū ex
 audit oratio: sz pro his quoz̄ ī chri
 sto regeneratorū nec usq̄zadeo uita ī
 corpore male gesta est ut tali miseri
 cordia iudicentur digni non esse: nec
 usq̄zadeo bene ut talē misericordiam
 repiant necessariā nō hēre: sicut etiāz
 facta resurrectiōe mortuorū: nō deerūt
 q̄bus post penas quas patiunt sp̄ri
 tus mortuorū ipertiat misericordia:
 ut in ignē nō mittant eternum. Neq̄z
 enī de q̄busdā ueraciter diceret q̄ nō
 eis remittat neq̄z in hoc seculo neq̄z ī
 futuro nisi essent quibus etsi nō ī isto
 tñ remitteret in futuro. Sz cū dictuz
 fuerit a iudice uiuorū atq̄z mortuoz̄
 uenite b̄ndicti p̄ris mei: possidete pa
 trū uobis regnū a cōstitutōe mūdi: et
 alijs ecōtrario: discedite a me maledi
 cti in ignē etnū q̄ patus est diabolo et
 angel̄ ei⁹: et ibūt isti in suppliciū eter
 nū: iusti autē in uitā eternā: nimie p̄
 sūptōis est dicere cuiq̄z eorū eternum
 suppliciū nō futurū: quos deus itos
 in suppliciū dixit eternū: et p̄ huius p̄
 sūptōnis psuasione facere: ut de ipsa
 quoz̄ uita uel despet̄ uel dubitet̄ et
 na. Nemo itaq̄z sic itelligat psalmum
 canentē. Nunq̄d obliuiscet misereri
 deus: aut cōtinebit ī ira sua misatōes

suas: ut opinet de hōibus bonis uerā de malis falsā: aut de bonis hōibus et mal' angelis uerā. de malis aut' hominibus falsā dei eē sententiā. Hoc eni qd ait psalmus ad uasa misericordie pertinet: et ad ipsos filios pmissionis: quoru erat unus etiam ipse ppheta. Qui cū dixisset nunqd obliuiscet' misereri ones suas: cōtinuo subiecit. Et dixi nūc cepi. Nec ē imutatio dextere excel'si. Expo sūt pfecto qd dixerit. Nūqd cōtinebit i ira sua miseratōes suas. Ita eni dei ē et ista uita mortalis: ubi hō uanitati similis factus ē: et dies eius uelut ūbra ptereūt: i qua tñ ira n̄ obliuiscit' misereri deus: faciēdo solē suoz oriri sup bonos et malos: et pluendo sup iustos et iniustos: ac sic nō ptingit i ira sua miseratōes suas. Maxieqz i eo qd expressit hīc psalmus dicēdo nūc cepi. Nec ē imutatio dexte excelsi qm i hac ipsa eoz uāissima uita que ira dei ē uasa misericordie mutat i melius: q̄uis adhuc i huius corruptōis miseria maneat ira ei? q̄a nec in ipsa ira sua cōtinet miseratōes suas. Lum ergo in isto mō cōpleat' dñi illius cā tici ueritas: nō est eā necesse etiā illic i telligi: ubi nō ptingentes ad ciuitatem dei sēpiterno supplicio punient. Sz q̄ bus placet ista sententiā usqz ad illa i priorū tormēta ptendē saltē sic itelligāt ut manente in eis ira dei que eterno est p̄nūciata supplicio: nō contineat deus in hac ira sua miseratōes suas: et faciat eos nō tanta quāta digni sunt penaz atrocitate cruciari: ut eas penas uel nunq̄ subeāt uel aliqñ finiāt: sz ut eas mitiores q̄ merita sūt eoz leuioresqz patiant'. Sic eni et ira dī manebit: et in ipsa ira sua miseratōes suas nō cōtinebit: qd qdē nō iō cōfirmo: q̄a nō resisto. Leterū eos q̄ putāt minaciter potins q̄ ueraciter dictum discedite a me maledicti in ignē etnū:

et ibunt isti in suppliciu eternuz et cruciabunt in secula seculorū: et uermis eoz nō moriet': et ignis nō extinguetur et cetera huiusmodi: nō tā ego q̄ ipsa scriptura dina planissime atqz plenissime idarguit ac refellit. Niniuite q̄pe in hac uita egerūt penitentiā: et iō fructuosā uelut in hoc agro seiantes in quo uoluit deus cū lachrymis sciri qd postea cū letitia meteret'. Et tñ quis negabit qd dñs p̄dixit in eis fuisse cōpletū nisi parū aduertat quēadmodū peccatores deus nō solā irat': uerū etiā miseratus euerat. Euentū eni peccatores duobus modis: aut sicut sodomite ut pro peccatis suis ipi hoies puniantur: aut sicut ninuiute ut ipsa hoium peccata penitendo destruant'. Factū ē ergo qd p̄dixit de'. Euer'sa eni est ninuiue que mala erat: et bōa edificata est que nō erat. Stantib' n. menibus atqz domibus: reuersa est ciuitas in p̄ditis moribus. Ac sic q̄uis ppheta fuerit cōtristatus: q̄a non est factū qd illi hoies timuerūt illo pphete tate uenturū: factū ē tñ qd fuerat dō p̄scientie p̄dictū: quoniā nouerat qd p̄dixit quomō in melius esset iplendū. Ut autē nouerint isti in p̄uersū miserī cordes quo p̄tineat qd scriptum est. Quā multa multitudo dulcedis tue dñe quā abscondisti timētibz te: legāt et qd seq̄tur: p̄fecisti aut' sp̄atibus: nisi q̄a ill' q̄ timore penarū suarū suam uolunt iustitiā cōstitūere: que in lege ē nō est iustitia dei dulcis: q̄a nesciunt eā. Nō eni gustauerunt eā: in se nāqz sperant nō in ipso: et iō abscondit' eis multitudo dulcedis dei: quoniā timēt qdē deū: sed illo timore seruili q̄ nō ē in caritate: q̄a perfecta caritas foras mittit timorē. Iō sperantibus in eū p̄ficiat dulcedinē suā: in sperādo eis caritatem suā: ut timore casto non quē caritas foras mittit: sed permanente in seculū seculi: cū gloriant' i dño gloriēt'.

Iustitia dei quippe christus est: qui factus est nobis sicut dicit apostolus sapientia a deo: et iustitia: et sanctificatio et redemptio: ut quemadmodum scriptum est qui gloriatur in domino gloriatur. Hanc dei iustitiam quam donat gratia sine meritis: nesciunt illi qui suam iustitiam uolunt constituere et ideo iustitie dei que est christus non sunt subiecti. In qua iustitia est multa multitudo dulcedis dei propter quam dicit in psalmo. Sustate et uidete quod dulcis est dominus. Et hanc quidem in hac peregrinatione gestantes non ad satietatem sumentes: esurimus eam potius ac sitimus: ut ea postea saturemur cum uidebimus eum sicuti est: et implebitur quod scriptum est. Satiabor cum manifestabit gloria tua. Ita perficit christus multam multitudinem dulcedis sue sperantibus in eum. Porro autem si ea quas illi putant dulcedinem suam deus abscondit timentibus eum: qua non est ipso daturus: ut hoc nescientes et danari timentes recte uiuant: ac si possint esse que orent pro non recte uiuentibus: quomodo ea perficit sperantibus in eum quandoquidem sicut somniat per hanc dulcedinem non daturus est eos que non sperant in eum. Illa igitur eius dulcedo queratur: quam perficit sperantibus in eum: non quam perficere putatur contemnentibus et blasphemantibus eum. Frustra itaque homo positus in hoc corpore occultorum dei iudiciorum sibi notitiam arrogare presumat. Illud quoque apostolicum: conclusit enim deus omnes in infidelitate ut omnibus misereatur. non ideo dictum est quod sit neminem daturus: sed superius apparet unde sit dictum. Nam cum de iudeis postea cecidit iuris apostolis loqueretur ad gentes: ad quas utique iam credentes scribebat epistolas. Sicut enim uos inquit aliquando non credidistis deo: nunc autem misericordiam consecuti estis

illorum incredulitate: sic et hi non crediderunt in uestra misericordia: ut et ipsi misericordiam consequantur. Deinde subiicit unde isti sibi errando blasphemantur atque ait. Concluserunt enim deus omnes in infidelitate ut omnibus misereatur. Quos omnes nisi de quibus loquebatur tanquam dicens et uos et illos. Deus ergo et iudeos et gentiles quos presciuit et predestinauit conformes fieri imaginis filii sui: omnes in infidelitate conclusit ut de amaritudine infidelitatis sue penitendo confusi: et ad dulcedinem misericordie dei credendo conuerfi: clamaret illud in psalmo. Quam multa multitudo dulcedinis tue domine: quam abscondisti timentibus te: perfecisti autem sperantibus non in se sed in te. Omnium itaque miseretur uasorum misericordie quidem omnium: et eorum scilicet quos ex gentibus et eorum quos ex iudeis predestinauit: uocauit: iustificauit: glorificauit: non omnium hominum: sed istorum omnium neminem daturus.

An hi qui inter hereticos baptizati sunt: et deteriores postea male uiuendo sunt facti: uel hi qui apud catholicos renati ad hereses aut scismata transierunt: uel hi qui a catholicis apud quos renati sunt non recedentes criminose uiuere persisterunt: possint per uilegio sacramentorum remissionem eterni sperare supplicij. cap. xxv.

f Ed iam respondeamus etiam illis qui non solum diabolo et angelis eius sicut nec isti: sed ne ipsis quidem omnibus hominibus liberationem ab eterno igne promittunt: uerum eis tantum qui christi baptizate abluti: et corporis eius et sanguinis participes facti sunt: quomolibet uixerint: in quacunque heresi uel impietate fuerint. Sed contradicit eis

apostolus dicens. Manifesta autem sunt opera carnis. Que sunt fornicatio: immunditia: luxuria: idolorum seruitus: ueneficia: inimicitie: contentiones emulationes: animositates: dissensiones: hereses: inuidie: ebrietates: comestiones: et his similia: que predicauobis sicut predixi: quoniam qui talia agunt regnum dei non possidebunt. Nec profecto apostolica sententia falsa est: si tales post quantalibet tempora liberati regnum dei possidebunt. Sed quoniam falsa non est: profecto regnum dei non possidebunt. Et si in regni dei possessione nunquam erunt eterno supplicio tenebuntur: quoniam non est medius locus ubi non sit in supplicio: qui illo non fuerit constitutus in regno. Quamobrem quod ait dominus iesus hic est panis qui de celo descendit: si quis ex ipso manducauerit non morietur: ego sum panis uiuus qui de celo descendit: si quis manducauerit ex hoc panis uiuus in eternum: quomodo sit accipiendum merito queritur. Et ab istis quidem quibus nunc respondemus: hunc intellectum auferunt illi: quibus deinde respondendum est. Hi sunt autem qui hanc liberationem nec omnibus habentibus sacramentum baptismatis et corporis christi: sed solis catholicis quamuis male uiuentibus pollicentur. Quia non solum inquirunt sacramento sed et ipsa manducauerunt corpus christi: in ipso scilicet eius corpore constituti de quo ait apostolus. Unus panis unum corpus multi sumus. Qui ergo est in eius corporis unitate id est in christianorum compage membrorum: cuius corporis sacramentum fideles communicantes de altari sumere consueuerunt: ipse uero dicens est manducare corpus christi: et bibere sanguinem christi. Ac per hoc heretici et scismatici ab huius unitate

corporis separati possunt idem percipere sacramentum: sed non sibi utile: imo uero etiam noxium: quo iudicatur grauius quam uel tardius liberentur. Non sunt quippe in eo uinculo pacis quod in illo exprimitur sacramento. Sed rursus etiam isti qui recte intelligunt non dicendum eum manducare corpus christi qui in corpore non est christi: non recte promittunt eis quod uel in heresim: uel etiam in gentilium superstitionem ex illius corporis unitate labuntur: liberationem quandoque ab eterno igne supplicii. Primo quia debent attendere quod sit intolerabile atque a sana doctrina nimis deuium ut multi ac pene omnes qui hereses impias condiderint exeuntes de catholica ecclesia: et facti sunt heresiarche: meliores habeant causas quam hi qui nunquam fuerunt catholici: cum in eorum laqueos incidissent: si illos heresiarchas hoc facit liberari a supplicio sempiterno. quod in catholica ecclesia baptizati sunt et sacramentum corporis christi in uero christi corpore primitus acceperunt: cum peior sit utique desertor fidei: et ex desertore oppugnator eius effectus. quam ille qui non deseruit quam nunquam tenuit. Deinde quia et his occurrit apostolus eademque uerba proferens: et enumeratis illis carnis operibus eadem ueritate predicans: quoniam qui talia agunt regnum dei non possidebunt. Unde nec illi in perditis et aenabilibus moribus debent esse securi: quod usque in finem quidem uelut in comunione ecclesie catholice perseverant inuenientes quod est dictum. Qui perseverauerit usque in finem hic saluus erit: et per uite iniquitatem ipsam uiam iusticie quod eis christus est deserunt: siue fornicando: siue alias immunditias flagitiorum quas nec apostolus exprimit uoluit in suo corpore percipiendo: siue turpitudine luxurie defluendo

siue aliqd aliud eorū agēdo: de q̄bus ait: quoniā qui talia agunt regnū dei non possidebunt. Ac per hoc q̄cunq̄ agunt talia: nisi in supplicio sempiterno nō erunt: q̄a in regno dei esse non potuerunt. In his enim perseverādo usq̄ in huius uite finē: non utiq̄ dicēdi sunt in christo perseverasse usq̄ in finē: q̄a in christo perseverare est i eius fide perseverare: que fides ut eā diffinit apostolus p̄ dilectionē operatur. Dilectio autē sicut ipse alibi dicit malū nō operat̄. Nec isti duo ergo dicendi sūt manducare corpus christi: quoniam nec in membris cōputandi sunt christi. Ut enī alia taceam: non possunt simul esse et membra christi et mēbra meretricis. Deniq̄ ipse dicens q̄ manducat carnē meā et bibit sanguinem meū: in me manet: et ego in eo: ostēdit quid sit non sacramento tenus: sed re uera, corpus christi manducare: et ei⁹ sanguinē bibere. Hoc est enī in christo manere: ut in illo maneat et christus. Sic enī hoc dixit tāquā diceret. Qui nō in me manet et in quo ego nō maneo: non se dicat aut existimet māducare corpus meū: aut bibere sanguinē meū. Nō itaq̄ manet in christo: q̄ nō sunt mēbra eius. Nō sunt autē mēbra christi: q̄ se faciunt mēbra meretricis nisi malū illud penitendo esse destiterint: et ad hoc bonum reconciliatione redierint.

Quid sit in fundamento habere christum: et quibus spondeatur salus quasi p̄ ignis usturā. cap. xxvi.

f Ed habent iquiunt christiani catholici in fundamento christū a cuius ueritate nō recesserunt: tñ r̄si huic fundamento supēdificauerūt q̄libet pessimā uitā: uelut ligna: fenū: stipulā. Recta itaq̄ fides per quā christus est fundamentū: quāuis cū dāno

quoniā illa que supēdificata sunt exurent: tamē poterit eos quādoq̄ ab illius p̄petuitate saluare. Respondeat eis breuiter iacobus apostol⁹. Si q̄s dicat se fidē habere: opera autē nō habeat: nunq̄d poterit fides saluare eū? Et quis est inq̄rit de quo dicit ap̄t̄olus paulus. Ipse autē saluus erit: sic tamen quasi p̄ ignē. Simul quis iste sit inquiramus. Nunc tñ non esse certissimū est: ne duorū apostolorū sententias mittamus in rixā. Si unus dicit etiā si mala opera quis habuerit saluabit eū fides per ignē: alius autē si opa nō habeat nunq̄d poterit fides saluare eū. Inuēiemus ergo q̄ possit p̄ ignē saluari: si prius inuenerimus q̄d sit in fundamento habere christum. Quod ut de ipsa similitudine quāto eius aduertamus: nihil in edificio preponitur fundamento. Quisquis itaq̄ sic hēt in corde christū: ut ei terrena et tēporalia nec ea que licita sunt atq̄ cōcessa preponat fundamentū habet christū. Si autē preponit: etsi uideat habere fidē christi: nō est tamen in eo fundamentū christus: cui talia preponuntur. Quāto magis si salutaria p̄cepta contemnens committat illicita etiam non preposuisse christum: sed postposuisse conuincitur: quem post habuit imperantem siue concedentē: dum contra eius imperata siue concessa suam per flagitia delegit expleze libidinē. Si quis itaq̄ christianus diligit meretricē: eiq̄ adherens unum corpus efficitur: iā fundamentū non habet christum. Si quis autē diligit uxorem suā si secundum christū: q̄s ei dubitet in fundamento esse christū. Si uero secundū hoc seculum si carnaliter: si morbo concupiscentiarum sicut et gentes que ignorant deum: et hoc secundum ueniam concedit apostolus: imo per apostolum christus. Potest ergo et iste i fūdamēto habere

christum. Si enim nihil ei talis affectiois uoluptatisque preponat: quauis superedificet ligna: fenu: stipula: christus est fundamentum: prope hoc saluus erit per iguem. Delicias quippe huiusmodi amoreque terrenos: propter conjugalem quidem copulam non damnabiles tribulationis ignis exuret: ad que pertinet ignem: et orbitates et que cum calamitates que auferunt hec. Ac per hoc ei qui edificauit erit edificatio ista damnosa: quia non habebit quod superedificauit: et eorum amissione cruciabitur. quibus fruendo utique letabatur: sed per hunc ignem saluus erit merito fundamenti: quia etsi utrum id an christum habere malet a persecutore preponeretur: se malet christum habere quam ista liberrime profiteretur. Uide in apostoli uerbis homines edificantem super fundamentum hoc: aurum: argentum: lapides preciosos. Qui sine uxore est inquit: cogitat que sunt dei quomodo placeat deo. Uide alium edificantem ligna: fenum: stipula. Qui autem matrimonio iunctus est inquit: cogitat que sunt mundi quomodo placeat uxori. Uniuscuiusque opus quale sit manifestabit. Dies enim domini declarabit: dies utique ire dies tribulationis: quonia in igne inquit reuelabit. Eandemque tribulationem ignem uocat: sicut alibi legitur. Uasa figuli probat fornax et homines iustos tentatio tribulationis. Et uniuscuiusque opus quale sit ignis probabit. Si cuius opus permanserit: permanet enim quod quisque cogitat que sunt dei quomodo placeat deo quod superedificauit: mercedem accipiet: id est uide cogitauit hoc sumet. Si cuius autem opus arserit: damnum patietur: quoniam quod dilexerat non habebit. Ipse autem saluus erit quia nulla eius tribulatio ab illius fundamenti stabilitate semouit. Sic tamen quasi per ignem. Quod enim

sine illicente amore non habuit: sine urente dolore non perdit. Ecce quantum mihi uidetur inuentus est ignis: quod nullum eorum damnet: sed unum dicit: alterum damnificet: abos probet. Si autem ignem illum loco isto uoluerimus accipere: de quo dominus dicit sinistis. Discedite a me maledicti in ignem eternum: ut in eis etiam isti esse credantur qui edificant super fundamentum ligna: fenu: stipulam: eosque ex illo igne post tempus pro malis meritis impertitum liberet boni meritum fundamenti: quid arbitramur dexteros quibus dicitur uenite benedicti patris mei possidete paratum uobis regnum: nisi eos qui superedificauerunt super fundamentum: aurum: argentum: lapides preciosos. Sed in illum ignem de quo dictum est: sic tamen quasi per ignem: si hoc modo est intelligendus: utriusque mutandi sunt: et dexteri scilicet et sinistri. Illo quippe igne utriusque probandi sunt de quo dictum est: dies enim domini declarabit: quia in igne reuelabitur: et uniuscuiusque opus quale sit ignis probabit. Si ergo utriusque probabit ignis ut sit si cuius opus permanserit id est non fuerit igne consumptum quod superedificauit: mercedem accipiet: si cuius autem opus arserit: damnum patietur: profecto non est ille ipse eternus ignis. In illum enim soli sinistri nouissima et perpetua damnatione mittentur: iste autem dexteros probat. Sed alios eorum sic probat ut edificium super christum fundamentum ab eis inuenerit esse constructum: non exurat atque consumat: alios autem aliter id est ut quod superedificauerunt ardeat damnosque inde patiantur: salui fiat autem quoniam christum in fundamentum stabiliter positum precellenti caritate tenuerunt. Si autem salui fient: profecto et ad dexteram stabunt et cum ceteris audient: uenite benedicti patris mei: possidete paratum uobis regnum

nō ad sinistra ubi illi erunt qui salui nō erūt: et ideo audient discedite a me maledicti in ignem eternū. Nemo quippe ab illo igne saluabitur: quia in supplicium eternum ibunt illi omnes: ubi uermis eorum non morietur et ignis non extinguetur: quo cruciabuntur die ac nocte in secula seculorum. Post istum sane corporis mortem: donec ad illum ueniatur qui post resurrectionem corporum futurus est damnationis et remuneratiois ultimus dies: si hoc temporis interuallo spiritus defunctorum eius modi ignem dicuntur perpeti: quem non sentiant illi qui non habuerunt tales mores et amores in huius corporis uita ut eorum ligna et fenum et stipula consumatur: alij uero sentiant quod eiusmodi seculi edificia portauerunt: siue ibi tantum: siue hic et ibi: siue ideo hic ut non ibi: secularia quousque a donatione uenalia consumantem ignem transitorie tribulationis inueniant: non redarguo: quia forsitan uerum est. Potest quippe ad istam tribulationem pertinere etiam mors ipsa carnis que de peccati primi perpetratioe concepta est: et secundum cuiusque edificium tempore suo ab uno quocumque suscepta: possunt et persecutioes ecclesie quibus martyres coronati sunt: et quas patiuntur quicumque Christiani probant utraque edificia uelut ignis: et alia consumunt cum ipsis edificatoribus: si christum in eis non inueniant fundamentum: alia sine ipsis si inueniant: quia licet cum dono salui erunt: ipsi non consumentur propter christi uidelicet meritum in fundamento reperti quod manet in eternum. Erit enim tribulatio in fine seculi tempore antichristi qualis nunquam antea fuit: quia multa erunt tunc edificia siue aurea siue fenea super optimum fundamentum quod est christus iesus: ut ignis ille probet utraque et de alijs gaudium de alijs inferat donum. Neutros tamen perdat: in quibus hec inueniet propter stabile fun-

damentum. Quicumque autem non dico uxorem cuius etiam commixtio carnis ad carnalem utitur uoluptate: sed ipsa que ab huiusmodi delectationibus aliena sunt nomina pietatis: humano more carnaliter diligendo: christo anteponeat: non enim habet in fundamento. Et ideo non per ignem saluus erit: sed saluus non erit: quia esse cum saluatore non poterit: quod de hac re aptissime loquens ait. Qui amat patrem aut matrem plus quam me non est me dignus: et qui amat filium aut filiam super me: non est me dignus. Uel qui has necessitudines sic amat carnaliter: ut tamen eas christo domino non preponat: malitiamque ipsis carere quam christo: si ad hunc fuerit articulum temptationis adductus: per ignem erit saluus quia et earum amissione tantum necesse est urat dolor: quantum hec erant amor. Porro qui patrem: matrem: filios: filias secundum christum dilexerit. ut ad eius regnum obtinendum eorum coherendum eis consulat: uel hoc in eis diligat quod membra sunt christi: absque ut ista dilectio reperiat in lignis: feno: et stipula consumenda: sed per se ipsum edificium aureo argenteo gemis deputabit. Quomodo autem poterit eos plus amare quam christum: quos amat utique propter christum.

Contra eorum persuasionem quod putant sibi non obfutura peccata in quibus cum elemosynas facerent profiterentur. cap. xxvij.

r Estat eis respondere: qui dicunt eterno igne illos tantummodo arduos quod pro peccatis suis dignas facere elemosynas negligunt propter illud quod ait apostolus iacobus iudicium autem sine misericordia illi quod non fecit misericordia. Qui ergo fecit inquit quantumuis non correperit perditos mores: sed nefarie ac nequam inter ipsas suas elemosynas uixerit: cum misericordia illi futurum est iudicium: ut aut non damnetur omnino.

aut post aliquod tēpus a damnatiōe nouissima liberetur. Nec ob aliud existimant christū de solo delictu atque neglectu elemosynarū: sed discretionē int̄ dextros et sinistros esse facturū quoz alios in regnum alios in supplicium mittet eternum. Ut autē quotidiana sibi opinetur que facere omnino non cessant: qualiacūq; et quantacunque sint: per elemosynas dimitti posse peccata: orationem quam docuit ipse dominus: et suffragatricem sibi adhibere conantur et testem. Sicut enī nullus est inquit dies quo a christianis hec oratio non dicatur: ita nullus est quotidianum qualecunque peccatus: quod per illam non dimittatur cū dicimus dimitte nobis debita nostra: si quod sequitur facere curemus: sicut et nos dimittimus debitorib; nostris. Non enī ait dominus inquit: si dimiseritis peccata hominibus: dimittet uobis pater quotidiana parua peccata: sed dimittet inquit uobis peccata uestra. Qualiacūq; ergo uel quātacūq; sint etiā si quotidie ppetrentur: nec eis uita discedat in melius cōmutata per elemosynā uenia nō negata remitti sibi posse presumunt. Sed bene quōd isti dignas pro peccatis elemosynas cōmonēt esse faciēdas. Quoniā si dicerent qualescūq; elemosynas pro peccatis quotidianis et magnis: et quātacūq; scelez cōsuetudie misericordiā posse ipetrare diuinā: ut ea quotidiana remissio sequeretur: uiderēt se rē dicere absurdā atq; ridiculā. Sic enī cogentur fateri fieri posse ut opulentissimus hō decem denarijs diurnis in elemosynas ipensis homicidia et adulteria et nefaria queq; facta redimeret. Quōd si absurdissimū et insantissimū ē dicere profecto si queratur que digne sint elemosyne pro peccatis de quibus etiā christi pcurator ille dicebat facite ergo fructus dignos penitētie: procul

dubio nō inuenientur eas facere qui uitā suam usq; ad mortē quotidiano rum cūminū perpetratiōe cōfodiūt. Primum quia in auferēdis rebus alienis longe plura diripiūt: ex quibus perexigua pauperibus largiēdo christū se ad hoc pascere existimāt: ut licētā malefactorū se ab illo emisse uel quotidie potius emere credentes securi dānabilia tāta cōmittant. Qui si pro uno scelere omnia sua distribuerēt idigētib; membris christi: nisi desisterent a talibus factis hōido caritatē que non agit perperā: aliqd eis prodesse non possent. Qui ergo dignas pro suis peccatis elemosynas facit: prius eas incipit facere a seipso. Indignū est enī ut in se non faciat qui facit in proximū: cū audiat dicentē deum diliges proximū tuum tanquam teipsum. Item audiat. Misere anime tue placens deo. Hāc elemosynā id est ut deo placeat non faciēs anime sue: quomodo dignas pro peccatis suis faciēs elemosynas est dicendus. Ad hoc enī et illō scriptum est. Qui sibi malignus est cui bonus erit: Oratiōes quippe adiuuant elemosyne. Et utiq; intuentum est quod legimus. Fili peccasti: nō aditicias iterū: et de preteritis tuis deprecare ut tibi dimittantur. Prop̄ hoc ergo elemosyne faciēde sunt: ut cū de preteritis peccatis deprecamur exaudi amur: nō ut in eis pseuerantes licētā malefaciēdi nos pro elemosynas cōpare credam;. Iō autē dñs et dextris elemosynas ab eis factas: et sinistris nō factas se iputaturum esse predixit: ut hinc ostenderet quātum ualeant elemosyne ad priora delenda: non ad perpetua impune cōmittenda peccata. Tales autē elemosynas non dicendi sunt facere: qui uitam nolunt a cōsuetudine scelerum in melius commutare. Quia et in hoc quod ait: quando uni ex minimis meis nō fecistis mihi

non fecistis: ostendit eos nō facere ēt quādo se facere existimāt. Si enī christiano esuriēti panē tānq̄ christo darent: profecto sibi panē iustitiē quod ipse christus est nō negarent. Quoniam deus non cui detur sed quo anio detur attendit. Qui ergo christū diligit in christiano hoc anio ei porrigit elemosynaz quo accedit ad christum nō quo uult recedere ipunitus a christo. Tanto enim magis quisq̄ dserit christum: quanto magis diligit quod improbat christus. Nam quid cuiq̄ prodest q̄ baptizatur si nō iustificat. Nonne qui dixit nisi quis renatus fuerit ex aqua et spiritu sancto nō intrabit in regnum dei: ipse etiam dixit nisi abundauerit iustitia uestra sup scribarum et phariseorū: non intrabitis in regnū celorū. Luz illud timendo mlti curant baptizari: et hoc non timendo non multi curant iustificari. Sicut ergo nō dicit fratri suo fatue: qui cū hoc dicit non ipsi fraternitati sed peccato eius infensus est: alioquin reus erit gehēne ignis: ita ecōtrario qui porrigit elemosynam christiano: non christiano porrigit qui non in eo diligit christū: non autē diligit christū qui iustificari uolat a christo. Et quēadmodū si quis preoccupatus fuerit in aliquo dilecto ut fratri dicat suo fatue: id est non eius peccatū uolens auferre conuincitur iniustitia: parū est illi ad hoc redimendum elemosynas facere nisi etiam quod ibi sequitur remediūz reconciliationis adiungat. Ibi enim seq̄tur. Si ergo offers munus tuū ad altare: et ibi recordatus fueris quia frater tuus habz aliquid aduersū te: relique ibi munus tuum ad altare et uade prius reconciliari fratri tuo: et tūc ueniens offeres munus tuum: ita parū est elemosynas quāta sibi facere pro quocunq̄ scelere: et in cōsuetudie scelerū pmanere. Oratio uero quoti

diana quā docuit ipse dominus: tūde dominica nominatur: delet quidem quotidiana peccata cū quotidie dicitur dimitte nobis debita nostra: quādo id quod sequit nō solū dicit s̄ etiam fit: sicut et nos dimittimus debitoribus nostris. Sed quā fiunt peccata ideo dicitur: nō ut iō fiat quā dicit. Per hanc enī uoluit saluator oñdere quantūlibet iuste in huius uite caligine atq̄ infirmitate uiuam: nō nobis deē peccata pro quibus dimittendis debeamus orare: et eis qui in nos peccant ut et nobis ignoscatur ignoscere. Nā itaq̄ propterea dominus ait. Si dimiseritis hominib⁹ peccata dimittet uobis pater uester peccata uestra ut de hac orōe cōfisi securi quotidiana scelera faceremus: uel potētia quā nō timeremus hominū leges: uel astutia quā ipsos hoīes falleremus: s̄ ut p illā disceremus nō putare nos esse sine peccatis: etiam si criminibus essemus imunes: sicut etiā legis uetis sacerdotes hoc ipsū de sacrificijs admonuit: q̄ iussit eos primū pro suis dein pro populi offerre peccatis. Nāz etiā ipsa uerba tāti magistrī et domini nostri uigilanter intuenta sunt. Nō enī ait si dimiseritis peccata hominibus et pater uester dimittet uobis qualia cunq̄ peccata: sed ait peccata uestra. Quotidianā orationē docebat: et iustificatis utiq̄ discipulis loquebatur. Quid est ergo peccata uestra nisi peccata sine quibus nec uos estis qui iustificati et sanctificati estis. Ubi ergo illi q̄ p hanc orationē occasionē peptadorū scelerū quotidie querūt: significasse dicit dñuz etiā magna peccata quōiā nō dixit dimittet uobis peccata parua: s̄ peccata uestra: ibi nos cōsiderantes qualibus loquebatur et audietes dictum peccata uestra: nihil aliud debem⁹ existimare q̄ pua: quoniam taliura iam non erant magna.

Veruntamen nec ipsa magna a quib^o
oīno mutatis in melius moribus re
cedendū est dimittantur orantibus:
nisi fiat quod ibi dicit sicut et nos di
mittimus debitorib^o nostris. Si enī
minima peccata sine quibus non eti
am est uita iustorum aliter nō remit
tuntur: quanto magis multis et ma
gnis criminibus inuoluti etiam si ea
perpetrare iam desinant: nullam in
dulgentiā consequuntur si ad remit
tendum alijs quod in eos quisq^{ue} pec
cauerit inexorabiles fuerint: cū dicat
dominus: si autē nō dimiseritis pec
cata hominibus nec pater uester di
mittet uobis. Ad hoc enim ualet qd
etiam iacobus apostolus ait. Iudici
um futurum sine misericordiā illi q̄
non fecit misericordiā. Venire quip
pe debet in mentem etiam seruus ille
cui debitori dominus suus relaxauit
decem milia talentorum: que postea
iussit ut redderet quia ipse non miser
tus est conserui sui qui ei centū debe
bat denarios. In his qui filij sunt p
missionis et uasa misericordie: ualet
quod ait idē apostolus consequenter
adiungens superexaltat autē miseri
cordia iudicium. Quoniā et illi iusti
qui tanta sanctitate uixerūt ut alios
quoq^{ue} recipiant in tabernacula etna
quibus amici facti sunt de mammoā
iniquitatis: ut tales essent: misericor
dia liberati sunt ab eo qui iustificat i
pium iputans mercedē secundū gra
tiam non secundū debitū. In eorum
q̄ppe numero est apostolus qui dicit.
Misericordiā cōsecutus sum ut fide
lis essem. Illi autē qui recipiunt a ta
libus tabernacula eterna: fatendum ē
q̄ nō sint his moribus predicti: ut eis
liberandis sine suffragio sanctorū sua
possit uita sufficere: ac per hoc multo
āplius in eis superexaltet misericordia
iudiciū. Nec tñ iō putandus est q̄sq^{ue}
sceleratissimus nequaq^{ue} uita ul bona

uel tolerabilioze mutatus: recipi i ta
bernacula eterna: quoniā obsecutus ē
sanctis de mammona iniquitatis: id est
de pecuniā uel diuitijs que male fue
rant acquisite: aut etiā si bene non tñ
ueris: sed quas iniquitas putat esse
diuitias: quoniā nescit que sint uere
diuitie: quibus illi abūdant qui et ali
os recipiunt in tabernacula eterna.
Est itaq^{ue} quidā modus uite: nec tam
male ut his qui eam uiuūt nihil pro
sit ad capeffendum regnum celorum
largitas elemosynarum quibus eti
am iustorum sustentatur inopia: et si
unt amici qui in tabernacula eterna
suscipiant: nec tam bone ut ad tantaz
beatitudinē adipiscendā eis ipsa suf
ficiat: nisi eorū meritis quos amicos
fecerint misericordiā cōsequant. Mi
rari autem soleo etiā apud uirgiliuz
istam domini reperiri sententiā: ubi
ait facite uobis amicos de mammoā
iniquitatis: ut et ipsi recipiant uos i
tabernacula eterna: cuius ē illa simil
lima. Qui recipit prophetam in no
mine prophete mercedem prophete
accipiet: et qui recipit iustum in noīe
iusti mercedem iusti accipiet. Naz cū
elysios cāpos poeta ille describeret:
ubi putant habitare animas bestoz:
non solum ibi posuit eos qui propri
is meritis ad illas sedes perueni
potuerunt: sed adiecit atque ait. Quicq^{ue}
sui memores alios fecere merendo:
id est qui promeruerunt alios eosq^{ue}
sui memores promerendo fecerunt.
Prorsus tāquam eis diceret quod fre
quentatur ore christiano cū se cuiq^{ue}
sactorū hūil q̄sq^{ue} cōmēdat: et dicē me
mor esto mei: atq^{ue} ut id eē possit pro
merēdo efficit. Sz q̄s iste sit mod^o et q̄
sint ipsa peccata que ita ipediunt puē
tōez ad ignū dei: ut tñ sactorū amico
rū meritis ipetrent indulgentiā: diffi
cillimum est iuenire: periculo sissimū
diffinire. Ego certe usq^{ue} ad hoc tēp^o

cum inde satagerem ad eorū idaginē peruenire non potui. Et fortassis propterea latent: ne studiū proficiendi ad oia peccata cauenda pigrescat. Quoniam si scirentur que uel qualia sint delicta pro quibus etiā pmanētibus nec proectu uite melioris affūptis: intercessio sit inquirēda et sperāda sanctorū: eis secura se obuolueret hūana segnicies: nec euolui talibus iplicamētis ullius uirtutis expeditōe curaret: s; tantūmō quereret aliorū meritū liberari: quos amicos sibi de māmona iniquitatis elemosynarū largitione fecisset. Nunc uero dū uenialis inīqtas etiā si perseueret ignorat: modus pfecto et studiū in meliora pficiendi orādo et instando uigilantius adhibetur et faciendi de māmona iniquitatis scotos amicos cura nō spernit. Verum ista liberatio que fit siue suis qbusq; orationibus: siue intercedētibus sanctis: id agit ut in ignē quisq; non mittat eternū: nō ut cū fuerit missus post quantūcunq; inde tēpus eruat. Nam et illi qui putant sic intelligendū esse quod scriptū est afferre terram bonā ubere fructū: aliā tricenū: aliā sexagenū: aliā centenū: ut sancti p suo diueritate meritorū: aliq; tricenos homines liberent: aliq; sexagenos: aliq; centenos hoc in die iudicij futurū solent suspicari non post iudiciū. Qua opīnionē quidam cum uideret homines ipunitatē sibi peruersissime pollicētes eo q; omnes isto modo ad liberatōez pertinere posse uideant: elegātissime respondisse perhiberuz: bene potius esse uiuendum: ut inter eos quisq; reperiatur qui pro alijs intercessuri sūt liberandis: ne tā pauci sint ut cito ad numerū suum uel tricenum: uel sexagenū: uel centenū: uno quoq; eorum perueniente: multi remaneant q; eruiā de penis illorū intercessione nō possint: et in eis inueniatur quisquis sibi

spem fructus alieni temeritate uanissima pollicetur. Nec me illis respondisse suffecerit: q; sacrarū litteraz quas cōes habemus auctoritatē non spernant: sed eas male intelligendo: nō qd ille loquuntur: sed hoc potius putāt futurum esse quod ipsi uolunt. Hac itaq; respōsione reddita librum sicut promissimus terminamus.

Aurelij Augustini de ciuitate dei liber. xxxij.

De conditione āgelorum et hominum. cap. primum.

ILLUD in proximo libro superiore promissum: iste huius totius operis ultimae disputationem de ciuitate dei eternae beatitudie continebit. Que non propter etatis pmlta secula longitudinē tamen quatenus finiendā eternitatis nomen accepit: sed quēadmodū scriptum est in euangelio regni eius non erit finis. Nec ita ut alijs moriendo decedētibus alijs succedentibus oriendo: species i ea ppetuitatis appareat: sicut in arbore que perenni fronde uestitur: eadez uidetur uiriditas permanere dum labentibus et cadentibus folijs subide alia que nascuntur faciem conseruāt opacitatis: sed omnes in ea ciues immortales erunt adipiscentibus et hominibus quod nunq; sancti angeli perdidit. Facit hoc deus omnipotentissimus et p̄ditor. Promisit enī nec metiri p̄or: et quibus fidē hic quoq; faceret q; multa sua et non pmissa et promissa iā fecit. Ipse est enī qui in principio cōdidit mundū plenum omnibus bonis uisibilibus atq; intelligibilibus

illa eēt orandū. Inter hec recitato eorum libello: de p̄spectu ppli eos abire precepi: ⁊ de tota ipsa cā aliquanto diligentiū ceperā disputare: cū ecce me disputāte voces alie de memoria martyris noue gratulationis audiunt. Lō uersi sunt eo qui me audiebant: cepūt q̄ p̄currē. Illa. n. ubi de gradibus descendit in quibus steterat: ad sanctum martyrem orā perexerat. Que mox vt cancellos attigit collapsa similiter velut frater eius post sōnuz sana surxit. Dum ergo requirerem q̄d factuz fuerit vnde ille strepitus let^o extiterit ingressi sunt cum illa in basilicam vbi eram: adducentes eaz sanā de martyris loco. Dum vō tantus ab vtroq̄ sexu admirationis clamor exortus est: vt vox continuata cū lachrymis. non videretur posse finiri. Perducta ē ad eum locū vbi pauloān steterat tremēs exultabant eā silem fāi factā cui doluerant remansisse dissimilē: ⁊ n̄dū suas preces suas pro eaz iam tñ preuā voluntatem tam cito exauditam eē cecebant. Exultabant in dei laudem voce sine verbis tanto sonitu quantum n̄e aures vix ferre possent. Quid erat in corde exultantium nisi fides christi p̄ qua stephani sanguis susus est:

Quod vniuersa miracula que per martyres in christi nomine fiunt ei fidei testimonium ferant: qua i christuz martyres crediderunt. c. ix.

c Ut nisi huic fidei attestatur ista miracula: i qua christ^o predicatur resurrexisse in carne: ⁊ in celū ascēdisse cū carne: Nā ⁊ ipsi martyres huus fidei martyres. i. huus fidei testes fuerunt: huic fidei testimōiū phibētes mundū inimicissimū ⁊ crudelissimūz ptulerunt: eūq̄ non repugnādo sz moriendo vicerūt. Pro ista fide mōtūi sūt qui hec a dño ipetrare p̄nt: propter cu

ius nomen occisi sunt. Pro hac fidē p̄cessit eorum mira patientia: vt in his miraculis tanta ista potētia sequētur. Nam si carnis in eternum resurrectio l̄ n̄ preuēit in christo: vl̄ n̄ neutra ē sic prenunciat a christo: l̄ sicut prenunciata ē p̄phetis a q̄bus p̄nūciat^o ē christus quare martyres tanta p̄nt. q̄ p̄ ea fide qua hec resurrectio predicat occisi sūt: Siue enim deus ipse per se ipm̄ miro modo quo res t̄pales operatur eternus: siue p̄ suos ministros ista faciat ⁊ eadem ipsa que per ministros facit: siue quedam faciat etiam per martyru sp̄us: sicut per homines adhuc i corpore constitutos: siue omnia ista per angelos quibus inuisibiliter imutabiliter ⁊ incorporabiliter imperat operetur: vt que p̄ martyres fieri dicuntur: eis orantibus tñ ⁊ ipetrantibus non etiam operantibus fiant siue alia istis: siue alia illis modis: qui n̄llo mō comprehendī a mortalibus possūt: ei profecto attestantur hec fidei: in qua carnis in eternum resurrectio predicatur.

Quanto dignius martyres honorantur: qui ideo multa mira obtinet: vt deus verus colatur: q̄ demones q̄ ob hoc quedam faciunt vt ipsi d̄ esse crederentur. c. x.

b It forte dictūri sunt etiaz deos suos aliqua mira fecisse. Bene: si iam incipiunt deos suos mortuis hominibus comparare: adūciunt etiam se habere deos ex hominib^o mortuis sicut herculem: sicut romulum: sicut alios multos quos in deorum numerum receptos opinantur. Sed nobis martyres non sunt d̄: quia vnum eundenque deum et nostrum scimus et martyrum: nec tamen miraculis que per memoriam martyrum nostrorum fiunt: ullo modo sūt

comparāda miracula que facta per tē
pla pehībentur illoꝝ. Veruz si qua si
milia vident. sicut a moyse magi pha
raonis: sic eoz dñi victi sunt a marty
ribus nostris: fecerunt autem illa de
mones eo fastu iperāte superbie quo
eorum dñi esse voluerunt. faciunt autē
ista martyres vel potius deus vñ orā
tibus aut cooperantibus eis: vt fides
illa proficiat qua eos non deos nros
esse: sed vnum deum nobiscuz hie cre
damus. Deniq; illis talibus dñs suis
7 templa edificauerunt: 7 statuerunt
aras: 7 sacerdotes instituerunt 7 sacri
ficia fecerunt: nos autem martyribus
nostris non templa sicut dñs: sed me
morias sicut hominibus mōtuis quo
ram apud deuz viuunt spiritus fabri
camus. Nec ibi erigimus altaria in q̄
bus sacrificemus martyribus: sed vni
deo 7 martyrum 7 nostro sacrificium
immolamus: ad quod sacrificium sic
homines dei qui mundum in eius cō
fessione vicerunt: suo loco 7 ordine no
minatur: non tamen a sacerdote qui
sacrificat inuocatur. Deo quippe non
ipsis sacrificat: q̄uis in memoria sacri
ficet eorum: quia dei sacerdos est non
illoꝝum. Ipsum vero sacrificium cōp̄
est christi: quod non offertur ipsis: q̄a
hec sunt 7 ipsi. Quibus igitur potius
credendum est miracula facientibus:
Eis ne qui seipfos volūt haberi deos
ab his quibus ea faciunt: an eis q̄ vt
in deum credatur quod 7 christus ē:
faciunt quicquid mirabile faciūt: Eis
ne qui sacra sua ēt crimina sua eē vo
luerūt: an eis qui nec laudes suas vo
lunt eē sacra sua: sed totū q̄ veraciter
laudantur ad eius gl̄iaz pficere i quo
laudantur: In dño quippe laudantur
anime eozum. Credamus ergo eis et
mira dicentibus 7 vera facientibus.
Dicendo .n. vera passi sunt vt possent
facē mira. In eis vis ē p̄cipuū q̄ chris
t̄ resurrexit a mortuis: 7 immortalitē

resurrectiōis in sua carne primus oñ
dit: qua nobis affutura vñ i principio
noui seculi: l̄ in huius sine pmisit.

Contra platōicos: q̄ d̄ naturalib⁹
elementorum ponderibus argumētā
tur terrenum corpus in celo esse non
posse. c. xi.

c Contra qd̄ magnū dei donū rō
cinatores isti quozum cogitatio
nes dñs nouit qm̄ vane sunt: d̄ ponde
rib⁹ elementorum argumētāt: qm̄. s.
magistro platone didicerunt mundi
duo corpora maxima atq; postrema
duobus medijs aere. s. 7 aqua esse co
pulata atq; coniuncta. Ac per hoc inq̄
unt: qm̄ terra ab hinc sursumuersus ē
prima: secunda aqua super terrā: tñ
aer super aquā: quartū s̄ aera celum:
ñ pōt eē t̄renū corp⁹ in celo. Mōntis
.n. p̄p̄ijs vt ordinē suū teneāt: singla
elementa librant. Ecce qualibet argu
mētis d̄ipotētie dei hūana p̄tradicit istū
m̄tas quā possidet vanitas. Quid er
go faciūt i aere t̄rea tot corpora: cū a t̄
ra sit aer tertius. Nisi forte q̄ p̄ plūaz
7 p̄naz leuitates d̄bauit aitiū t̄renis
corporib⁹ vt portēt in aere: imōtalib⁹
sc̄is corporib⁹ hōiūm ñ poterit d̄are
virtutē: qua ēt i sūmo celo valeant hi
tare: Aialia q̄s t̄rena q̄ volare ñ p̄nt: i
quib⁹ 7 hoies sūt: sicut s̄ aqua pisces
q̄ sunt aquaz aialia: ita s̄ t̄ra viuere
debuerunt. Cur ergo non saltez de fo
.i. de aquis: sed de elemento tertio ter
renum aial carpit hanc vitam? Qua
re cum pertieat ad t̄rā: in fo qd̄ s̄ t̄rā
ē elemēto viuē s̄ cogat p̄tinū suffoca
t̄: 7 vt viuat viuūt in t̄tio? An erat hic
ordo elem̄toꝝ l̄ pot⁹ ñ i natura rez:
s̄ i istoꝝ argumētatiōib⁹ d̄ficat? Om̄it
to dicere qd̄ iā in tridecimo libro d̄
xi: q̄ multa grauiā terrena sint cōpora
sicut plūbū: 7 formā tñ ab artifice acci
piant: q̄na natate valeant super aquā

⁊ vt accipiat qualitatem corpus humanum
 qua ferri in celum ⁊ esse possit in celo
 omnipotentis artificis contradi. Jam vero ⁊
 illud quod iam dixi superius: et istum
 considerantes atque tractantes elemen-
 torum ordinem: quo perfidat non inueniunt
 omni modo quid dicant. Sic est enim hinc
 sursum versus terra prima: aqua facta: tunc
 aer: quartum celum: vt si omnia sit aere natu-
 ra. Nam ⁊ aristoteles quidem corpus eam
 dixit: ⁊ plato nullum. Si quintum esset:
 certe superius esset ceteris. Cum vero
 nullum est: multo magis superat omnia
 In terreo ergo quid facit corpore? In
 hac mole quid agit subtilior omnibus?
 In hoc pondere quid agit leuius omnibus?
 In hac tarditate quid agit celerior omni-
 bus? Ita ne per huius tam excellentis
 nature meritum non poterit effici: vt
 corpus eius leuetur in celum: ⁊ cum va-
 leat nunc natura corporum terrenorum
 deprimere animas deorsum: aliquo modo
 ⁊ aere leuare sursum terrena corpora
 non valebunt: Jam si ad eorum mira-
 cula veniamus: que facta a deo suis
 opponunt martyribus nostris: nonne
 est ipsa pro nobis facere: ⁊ nobis repi-
 entur oio proficere? Nam inter magna
 miracula deorum suorum profecto ma-
 gnum illud est quod varro commemorat:
 Vestalem virginem cum piclitareret fal-
 sa suspitione de stupro: cribrum implese
 aqua de tyberi: ⁊ ad suos iudices nul-
 la eius parte stillate portasse. Quis aquam
 pondus cribrum tenuit. Quis tot ca-
 uernis patentibus nihil in terram cadere
 permisit. Resursum sunt: aliquis deus vel alius
 quis demon. Si deus: nunquid maior
 est deo qui fecit hunc mundum? Si de-
 mon: nunquid potentior est angelo qui
 deo seruit a quo factus est mundus? Si
 ergo deus minor vel angelus vel demon
 potuit pondus humidum elementi sic sus-
 pendere: vt aquarum videatur mutata
 fuisse natura: ita ne deus omnipotens
 qui ipsa creauit elementum terreum corpori

graue pondus adferre non possit: vt in
 eodem elemento habitet viuificatum
 corpus in quo voluerit viuificas spiritus?
 Deinde cum aerem medium ponant in-
 ter ignem desuper ⁊ aquam subter
 quid est quod eum inter aquam ⁊ terram se-
 pe inueniunt. Quid enim voluit esse nubes
 aquosas inter quas ⁊ maria aer medi-
 us inuenit. Quoniam quiescens elementorum
 pondere atque ordine efficitur: vt torren-
 tes violentissimi atque vndosissimi an-
 tequam sub aere in terris curiant: si aera in nubi-
 bus pedent. Cur denique aer est medi-
 us inter summa celi ⁊ ima terrarum. qua-
 quamvis orbis extendit: si locus eius inter ce-
 lum ⁊ aquas: sicut aquarum inter ipsas
 ⁊ terras est constitutus? Postremo si ita
 est elementorum ordo dispositus: vt secundum
 platonem duobus medijs. i. aere ⁊ aqua
 duo extrema id est ignis ⁊ terra iungantur:
 ceterique obtineat ille summus locus:
 hec autem imi velut fundamentum mun-
 di: ⁊ ideo in celo esse non potest terra:
 cur est ipse ignis in terra? Secundum
 hanc quippe rationem: ita ista duo ele-
 menta in locis proprijs imo ac summo te-
 rra ⁊ ignis esse debuerunt: vt quemadmo-
 dum noluit in summo esse posse quod
 imi est ita nec in imo posset esse quod
 summi est. Sicut ergo nullam putant
 esse vel futuram esse particulam terre in
 celo: ita nullam particulam videre de-
 buimus ignis in terra. Nunc vero non so-
 lum in terris verum etiam sub terris
 ita est: vt eius eructent vntices montium: proter
 quod in visibus hominum ⁊ esse ignis in terra:
 ⁊ eum nasci videmus ex terra quam qui-
 dem ⁊ de lignis ⁊ de lapidibus nascitur:
 que sunt corpora sine dubitatione terre-
 na. Sed ille inquit ignis est tranqui-
 lus: purus: innoxius: sempiternus: iste
 autem turbidus: fumeus: corruptibilis
 atque corruptor. Nec tamen corrumpit
 montes in quibus iugiter estuat ca-
 nasque terrarum. Verum esto: sit illi iste dis-
 silis: vt terrenis habitacionibus congruat.

Cur ergo nolunt vt credam⁹ naturaz
corporum terrenoz aliquñ incorrupti-
bilē factā celo conueniēte futurā: sicut
nunc ignis corruptibilis his puēit ter-
ris. Nihil igi⁹ afferunt ex pōderib⁹ atz
ordine elemētōrū: vñ ōipotenti deo q̄
minus faciat corpora n̄a talia vt etiā
in celo possint habitare p̄scribāt.

Contra calūnias infidelīū: q̄b⁹ chris-
tianos de credita resurrectione carnis
irridēt. c. xij.

f Ed scrupulosissime q̄rē z fidez
qua credim⁹ resurrecturā carnē
ita querendo assōlēt irridē: vtrū fetus
abōtiū resurgant. Et qm̄ dñs ait: añ
dico vobis capill⁹ capitis v̄i n̄ pibit:
vtrum statura z robur equalia futura
sint ōibus: an diuerse corporum quan-
titates. Si. n. equalitas erit corporoz
vñ hēbunt qd̄ hic non hūerunt i mo-
le corporis ibi abortiuū: si resurgent et
ipsi: aut si non resurgent: qz nec nati s̄
sed effusi: Eandem quēstionem de paz-
uolis versant: vñ illis mensura corpo-
ris quam nunc defuisse videmus acce-
dat: cum in hac etate moriūtur. Neqz
enim dicturi sumus eos non resurrec-
turos: qui n̄ solum generationis capa-
ces sunt: verum et regenerationis. De
iñ interrogāt quē modum ipsa equa-
litas hitura sit. Si. n. tam magni z tā
longi erunt ōes q̄ fuerunt quicunqz
hic fuerunt maximi atz longissimi nō
solū de paruulis s̄ z de plurimis ma-
gnis querunt: vñ illis accessurū sit qd̄
hic defuit: si hoc quisqz recipiet qd̄ hic
hūit. Si autem quod ait ap̄tus occur-
suros nos ōes in mensuram etatis ple-
nitudinē christi: z illud alteruz quos
predestinauit conformes fieri imaginē
filij sui: sic intelligendum ē: vt statura
z modus corporis christi ōium qui i
regno eius erunt humanoz corporū

sit sātūrus: multis erit inqunt de ma-
gnitudine z longitudine corporis detra-
hendū. Et vbi iā erit: capillus capitis
v̄i non pibit: si de ipsa corporis quan-
titate taz multum pibit: Quāuis z de
ipsis capillis possit inquiri: vtrū rede-
at quicquid tondentibus decidit. Qd̄
si redituruz ē: q̄s non exhorreat illam
deformitatē. Nā hoc z de unguib⁹ ui-
detur necessario secuturū: vt redeat tā
multum qd̄ corporis curatura defecu-
it. Et vbi erit decus: quod certe mai⁹
q̄ in ista eē corruptione potuit: in illa
iam immortalitate eē debeat: Si autē
non redibit: ergo peribit: quod igi⁹ inq-
unt: capillus capitis non peribit. De
macie qz vel pinguedine similiter dis-
putant. Nam si equales ōes erunt nō
vtriqz aliq̄ macri: aliq̄ pingues erūt. Ac-
cedet ergo alijs aliquid: alijs minuet.
Ac p̄ hoc n̄ qd̄ erat recipiendus: s̄ ali-
cubi addendum est qd̄ nō fuit: z alie-
bi perdendum qd̄ fuit. De ipsis etiam
corruptionibus z dilapsiōibus cōpo-
rum mortuoz: cum aliud vertat i pl-
uerem: in auras aliud exhaletur: siue
quos bestie siue quos ignis absūat:
naufragio vel quibuscunqz aquis ita
quidē peant: vt eoz carnes i humorē
putredo dissoluat: non mediocrit̄ per-
mouentur: atqz oia ista recolligi i car-
nē z reditegrari⁹ posse n̄ credūt. Lōsec-
tantur etiam quasdam feditates z vi-
tia siue accidant siue nascantur: vbi et
monstruosos part⁹ cū horrore atqz ir-
risione commemorant: z reqrunt que
nā cuiusqz deformitatis iurrectio sit
futura. Si enim nihil tale redire i cor-
pus hōis dixerimus: rñstionem n̄am
de locis vulnerū cū quibus dñm chri-
stum resurrexisse predicamus: se cōfū-
turos esse presumunt. Sed inf̄ hec
oia quēstio illa difficillima proponit:
in cuius carnem reditura sit caro qua
corpus alterius vescentis humana vi-
stera fame cōpellente nutrit. In carnē

quippe p̄uersa ē eius qui talib⁹ vixit a
lūmentis: ⁊ ea q̄ macies oñderat det̄
menta suppleuit. Utrū hoc illi redeat
hōi cuius caro prius fuit: an illi poti⁹
cuius postea facta est: ad hoc p̄cunctā
tur vt fidē resurrectiōis illudāt ac sic
anime humane aut alternantes sicut
ait plato veras ifelicitates falsasq; p̄
mittant beatitudines: aut p̄ multas
itidem p̄ diuersa corpora reuolutōes:
aliqñ tñ eā sicut porphyrius finit̄ mī
fias: ⁊ ad eas nunq̄ redire fateant nō
tñ corpus hñdo immortale sed corp⁹
ōmne fugiendo.

An abortiuū n̄ p̄tēat ad īsurrectio
nē si p̄tinent ad nūcēz mōtuoꝝ. c. xij.

a D hec ergo q̄ ab eozū pte cōtra
ria me digerente mibi videntur
opposita: misericordia dei n̄sibus meis
opem ferēte rñdeam. Abōtīuos fetus
qui cum iam vixissent in v̄o ibi sunt
mortui: resurrecturos vt affirmare ita
negare non audeo. Quāuis nō videā
quomodo ad eos non p̄tineat resur
rectio mortuoꝝ: si non eximunt̄ ō nu
mero mortuorum. Aut enim nō ōnes
mortui resurgent: ⁊ erunt alique hūa
ne anime sine corporibus in eternū: q̄
corpora humana quamuis inter uisce
ra materna gestarūt: aut si ōnes hu
mane anime recipient resurgentia cor
pora sua que habuerūt v̄bicunq; āiue
tia: ac morientia reliquerunt: nō iuēio
quēadmodum dicam ad resurrectiōez
non p̄tineē mortuoꝝ quoscunq; mō
tūos ēt in vteris matrum. Sed vtrū
libet de his quisq; sentiat: qđ de iam
natis infantibus dixerimus: hoc ēt ō
illis intelligendum est si resurgent.

An infātes i ea sint resurrecturi hī
tudine corporis: quā hīturī erant eta
tis accessu. c. xiiij.

q Quid ergo de infantibus dicturi
sum⁹: nisi qz non in ea resurrec
turi sūt corporis exiguitate qua mor
tui: s; qđ eis tardius accessuz erat tpe
hoc sunt illo dei opere miro atq; celez
rimo recepturi. In sētētia quippe dñi
vbi ait Lapillus capitis v̄i n̄ p̄bit: di
ctum est non defuturum esse quod fu
it: n̄ aut negatū ē affuturū esse qđ de
fuit. Defuit aut̄ infanti mortuo p̄fecta
quantitas sui corporis: p̄fecto quippe
infanti deest vtiq; p̄fectio magnitu
dinis corporalis: que cōm accesserit:
iam statura longior esse n̄ possit. Hūc
perfectionis modum sic hñt ōnes: vt
cū illo concipiant atq; nascant: s; hñt
i rōne n̄ mole: sicut ipsa membra ōia
iam sunt latenter in semine: cum etia;
natis nonnulla adhuc desint: sicut de
res ac si quid eiusmodi. In qua ratioe
vnus cuiusq; materia indita corporali
iam quodammodo vt ita dicam: inna
tum esse videtur quod nondū est: imo
quod latet: sed accessu temporis erit l
potius apparebit. In hoc ergo infans
iam brevis aut longus est: qui brevis
longusve futurus est. Secundū hāc
rationem p̄fecto i resurrectione cōpo
ris detrimēta corporis n̄ timent⁹: qz ⁊
si equalitas futura esset ōiū: ita ot ōes
vsq; ad gigantēas magnitudines pue
nirent: ne illi qui maximi fuerūt min⁹
hñent aliquid in statura qđ eis p̄ sen
tentiam christi periret: qđ dixit nec ca
pillū capitis esse periturum: creatori
v̄tiq; qui creauit cūcta de nihilo: quō
deesse posset vñ adderet: qđ addendū
esse mirus artifex nosset.

An ad corporis dñici mōm ōiūz
mōtuoꝝ resurrecta sint corpora. c. xv.

f I vtiq; christ⁹ in ea mēsurā cor
poris in qua mortu⁹ est resurre
xit nefas ē dicē: cuz resurrectionis ōiū
tempus venerit accessuram corpori

eius eam magnitudinem quā n̄ h̄uit: quando in ea discipulis ī qua illis notus erat apparuit: vt longissimis fieri possit equalis. Si autem dixerim⁹ ad dñici corporis modum etiam quorum q̄ corpora maiora redigenda: peribit de mltōz corporibus plurimum: cuz ipse nec capilluz p̄iturū esse promisit. Restat ergo vt suā recipiat q̄sq̄ mēsurā: quam vel habuit in iuuentute etiā si senex ē mortuus: l̄ fuerat h̄iturus si añ ē defunctus. Atz illud quod cōmōmorauit apostolus de mensura etatis plenitudinis christi: aut propter aliud intelligamus dictū esse. i. vt illi capiti in populis christianis accedente oīum perfectione membroz: etatis eius mēsurā compleatur: aut si hoc de resurrectione corporum dictū ē: sic accipiamus dictum: ut nec ultra nec infra iuuenilē formā resurgant corpora mortuoz: s̄z ī ea etate ⁊ robore usq̄ ad quā hic christuz peruenisse cognouimus. Circa triginta quippe annos definierunt esse etiaz seculi huius doctissimi homines iuuentutem: que cum fuerit proprio spatio terminata: inde iaz hominē in detrimenta vergere grauioris ac senilis etatis: ⁊ ideo non esse dictū in mensuram corporis vel in mensurā stature: sed in mensuram etatis plenitudinis christi.

Qualis intelligentia sit scōz cōfōmatio ad imaginem filij dei. c. xvi.

¶ Illud ē q̄d ait p̄destinatos fieri conformes imaginis filij dei: potest ⁊ secundum interiorem hoīem itelli: vñ nobis alio loco dixit. Nolite conformari h̄ic seculo: s̄z reformamini in nouitate mētis vestre. Ubi ergo reformamur ne conformemur huic seculo: ibi cōformamur dei filio. Potest ⁊ sic accipi: ut quemadmodum ille nobis mōtalitate: ita nos illi efficiamur

immortalitate conformes: q̄d quidem ⁊ ad ipsam resurrectionem corporum p̄tiet. Si autē ē ī his v̄bis qua forma resurrectura sint corpora sumus admoniti: sicut illa mensura ita ⁊ ista ⁊ formatio non quantitatis itelligenda est s̄z etatis. Resurgent itaqz oēs tam magni corpore: q̄ vel erāt vel futuri erant iuuenili etate: q̄uis nihil oberit ēt si erit infantulis vel senil̄ corporis forma: vbi nec mentis nec ipsius corporis vlla remanebit infirmitas. Cū ēt si quis in eo corporis modo ī quo defunctus ē resurrecturuz vnunquēqz contendit: non est cū illo laboriosa cōtradictione pugnanduz.

An in suo sexu resuscitāda atz mēsurā sint corpora feminarum mortuarum. c. xvij.

¶ Non nulli p̄p̄ hoc q̄ dictū ē: donec occurrā⁹ oēs ī vizz p̄fectū in mēsurā etatis plenitudinis christi: ⁊ conformes imaginis filij dei: nec in sexu femineo resurrecturas fēinas credunt: s̄z in virili oēs aiunt: qm̄ de⁹ solum virum fecit ex limo: femīnam ex viro. S̄z mihi melius sapē vident̄ qui vtrūqz sexū resurrecturū eē nō dubitant. Nō. n. libido ibi exit q̄ confusiois est cā. Nam priusq̄ peccassent nudi erant: ⁊ non confundebantur vir ⁊ fēina. Corporib⁹ ergo illis vitia d̄trahē natura seruabitur. Non ē aut vitium sexus femineus: s̄z natura: que tunc q̄dē ⁊ a p̄cubitu ⁊ a partu imuis erit: erūt tamen membra feminea: non accommodata vsui veteri s̄z decori nouo: q̄ non alliciatur aspicientis p̄cupisētia que nulla crit: sed dei laudē sapientia atz clementia: qui ⁊ quod non erat fecit: ⁊ liberauit a corruptione quod fecit. Ut enī exordio generis humani de latere viri dormientis costa detracta femina fieret: christum ⁊ eccl̄az tali

facto iam tunc prophetari oportebat. Sopor quippe ille viri mors erat christi cuius exanimis in cruce pendentis latus lancea perforatum est: atque inde sanguis et aqua profluxit: que sacramenta esse nouimus quibus edificatur ecclesia. Nam hoc etiam verbo scriptura vsa est. vbi non legitur formauit aut finxit: sed edificauit eam in mulierem. Unde et apostolus edificationem dicit corporis christi: quod est ecclesia. Creatura est ergo dei femina sicut vir: sed ut de viro fieret unitas comedita est: ut autem illo modo fieret christus ut dictum est: et ecclesia figurata est. Qui ergo utrunque sexum instituit: utrunque restituet. Denique ipse iesus interrogatus a saduceis qui negabant resurrectionem: cuius septem fratrum erit uxor: quam singuli habuerunt: dum quisque eorum vellet defuncti semen sicut lex preceperat excitare: erratis inquit nescientes scripturas neque virtutem dei. Et cum aptus locus esset ut diceret de qua. n. me interrogatis vir erit ipsa non mulier: non hoc dixit: sed dixit: in resurrectione enim neque nubent: neque uxores ducent: sed sunt sicut angeli dei in celo. Equales utique angelis immortalitate ac felicitate: non carne sicut nec resurrectione qua non indiguerunt angeli: quia nec mori potuerunt. Nuptias ergo dominus futuras negauit esse in resurrectione non feminas: et ibi negauit: vbi talis ratio vertebatur: ut eam negato sexu muliebri celeritate facilitate dissolueret si eam ibi prenosceret non futuram: imo et futuram esse firmavit dicendo: non nubent quod ad feminas pertinet: nec uxores ducent quod ad viros. Erunt ergo que non nubere hic solent vel ducere uxores. sed ibi hoc non facient.

De viro perfecto. i. christo: et corpore. i. ecclesia que est ipsius plenitudo c. xvij.

Proinde quod ait apostolus occursum nos omnes in virum perfectum: totum usque ipsius circumstantiam lectionis considerare debemus: que ita se habet. Qui descendit inquit ipse est et qui ascendit super omnes celos: ut adimpleret omnia. Et ipse dedit quosdam quidem apostolos: quosdam autem prophetas: quosdam vero euangelistas: quosdam autem pastores et doctores: ad consumationem sanctorum in opus ministerii: in edificationem corporis christi: donec occurrant omnes in unitatem fidei et agnitionem filii dei: in virum perfectum in mensuram etatis plenitudinis christi: ut ultra non simus paruuli lactati et circumlactati omni uero doctrine in illusionem hominum: in astutiam ad machinationem erroris. Veritate autem facientes in caritate augetur in illo pro omnia qui est caput christus. ex quo totum corpus connexum et compactum: pro omnem tactum subministrationis sum operationem in mensuram uniuscuiusque partis incrementum corporis facit in edificationem sui in caritate. Ecce qui est vir perfectus: caput et corpus quod consistat omnibus membris que suo tempore complebuntur. Quotidie tamen eadem corpori accedunt dum edificatur ecclesia: cui dicitur vos autem estis corpus christi et membra. Et alibi pro corpore inquit eius quod est ecclesia. Item alibi: vnus panis vnum corpus multi sumus. De cuius corporis edificatione et hic dictum est. Ad consumationem sanctorum in opus ministerii in edificationem corporis christi. Ac deinde subiectum est: unde nunc agimus: donec occurramus omnes in unitatem fidei et agnitionem filii dei: in virum perfectum in mensuram etatis plenitudinis christi et cetera: donec eadem mensura in quo corpore intelligenda esset ostenderet dicens. Augetur in illo per omnia qui est caput christus: ex quo totum corpus connexum et compactum per omnem tactum

subministratiōis secundum operatio-
nem in mēsurā vniuscuiusq; ptis. Sic
ergo est mēsurā vniuscuiusq; ptis: ita
totius corporis quod oib⁹ suis ptib⁹
constat: vtiq; mensura plenitudinis
de qua dictū ē: i mēsurā etatis plenu-
dinis christi. Quā plenitudinē et illo
cōmēorauit loco vbi ait de christo. Et
ipsū dedit caput sup oēs ecclām q̄ est
corpus ei⁹: plēitudo ei⁹ q̄ oīa in oībus
adiplet verum si hoc ad resurrectiōis
formam in qua erit vnusquisq; referē-
dum esset: qđ nos ipediret noīnato vi-
ro intelligē et femina: vt vix p homie
positum accipem⁹: sicut i eo qđ dictuz
ē. Beatus vir qui timet dñm: vtiq; ibi
sunt et femine que timent dñm.

Quo oīa corporis vitia q̄ in hac vita
humano contraria sunt decori in re-
surrectione non sunt futura: vbi manē-
te naturali substantia in vnā pulchri-
tudinem et qualitas cōcurrēt et q̄ntitas
.c. xij.

q̄ Quid iā rñdeam de capillis atq;
vnguīb⁹? Semel quippe itellec-
to ita nihil p̄tuz esse de corpore: vt ō
forme nihil sit in corpore: sicut intell⁹ ea
que forme factura fuerūt enozmitatē
masse ipsi accessuz esse non locis in q̄
bus membrorum forma turpet. Ue-
lut si de limo vas fieret: quod rursus
in eundem limum redactum totum ō
toto iterum fieret: n̄ eēt necesse vt illa
pars limi que in ansa fuerat ad ansaz
rediret: aut que funduz fecerat ipsa rursus
faceret funduz: dum tñ totum reu-
teretur in totum: id est totus ille lim⁹
in totum vas nulla sui perdita pte re-
mearet. Quapropter si capilli totiēs
tonsi unguēve defecti: ad sua loca ō
formiter redeunt: non redibūt nec tñ
cuiq; resurgēti pibunt: qz in eādē car-
nem vt quecūq; ibi locuz corporis te-
neant seruata ptiū p̄gruentia materie

mutabilitate vertēt. Quāuis qđ ait
dñs capillus capitis vñ non peribit: n̄
de longitudine sed de numero capillo-
rum dictum multo aptius possit intel-
ligi. Unde et alibi dicit. Capilli capitis
vestri numerati sunt. Neq; hoc ideo
dixerim: qđ aliquid existiment corpori
cuiq; periturum qđ naturaliter ierat:
sed quod deforme natum fuerat: non
vtiq; ob aliud: nisi vt hinc quoq; oñ-
deretur qđ sit penalitudo ista mor-
taliuz: sic esse rediturum: vt seruata in-
tegritate substantie sola substantie de-
formitas pereat. Si. n. statuam pōt ar-
tifex homo quam propter aliquā cāz
deformez fecerat: conflare et pulcheri-
mam reddere: ita vt nihil inde substā-
tie sed sola deformitas pereat: ac si qđ
in illa figura priore indeceter extabat:
nec parilitati partium congruebat:
de toto vnde fecerat amputare atq; se-
parare: sed ita conspargere vniuerso:
atq; miscere: vt nec feditatē faciat nec
minuat quantitatem: quid de omni-
potente artifice sentiendum est? Ergo
ne non poterit quasq; deformitates
humanorum corporum non modo v-
sitas: verum etiam raras atq; mon-
struosas que huic misere vite congru-
unt: abhorrent aut ab illa futura felic-
tate sanctorum: sic auferre aut pdē: vt
quecunq; earuz faciunt et si naturalia
tamen indecora excrementa substātie
corporalis: nulla eius diminutiōe tol-
lantur? Ac per hoc nō ē macris pigui-
busve metuendū: ne ibi et tales sint
quales si possēt nec hic esse voluissēt.
Omnis enim corporis pulchritudo ē
partium congruentia cum quadā co-
loris suauitate. Vbi autem non ē par-
tium congruentia: aut ideo qđ offēdit
qz puū ē: aut iō qz paz: aut iō qz nīmī-
um. Proīn nulla erit deformitas quā
facit incōgruētia ptiuz: vbi et q̄ parua
sē corrigentur: et quod minus est qđ de-
cet: vnde nouit in die supplebitur: et

quod plus est quod decet: matie seruata integritate detrahet: Coloris poro sua uitas quanta erit: ubi iusti fulgebunt sicut sol in regno patris sui: Que claritas in christi corpore: cum resurrexit ab oculis discipulorum potius abscondita fuisse quam defuisse credenda est. Non enim eam ferret humanus atque infirmus aspectus quam ille a suis ita debet attendi: ut posset agnosci. Quo pertinuit et ut incredulantibus ostenderet suorum uulnerum cicatrices: ut et cibum potumque sumere non alimentorum indigentia: sed ea qua et hoc poterat potestate. Cum autem aliquid non uideretur: quousque assit: a quibus alia que pariter assunt uidentur: sicut illam claritatem dicimus affuisse non uisam a quibus alia non uidebantur: aorasia grece dicitur: quod nostri interpretes latine dicere non valentes in libro geneleos cecitatem interpretati sunt: hanc enim passi sunt sodomite quando querebant ostium iusti uiri: nec poterant inuenire. Que si cecitas fuisset qua sit ut nihil possit uideri: non ostium quo ingreduntur: et duces itineris a quibus inde abducerentur inquirerent.

Quia in resurrectione mortuorum natura corporum quibuslibet modis dissipatorum in integrum uinculum inuocanda erit. c. xx.

Non scio quo autem modo sic afficiamur amore martyrum beatorum: ut uelimus in illo regno in eorum corporibus uide uulnerum cicatrices: que pro christi nomine pertulerunt. Et fortasse uidebimus. Non enim deformitas in eis sed dignitas erit: et quedam quousque in corpore non corpori sed uirtutis pulchritudo fulgebunt. Nec ideo tamen si aliqua martyribus amputata et ablata sunt membra: sine ipsis membris erunt in resurrectionem mortuorum quibus dicitur: capilli capitis uestri non peribunt. Sed si hoc decebit in illo nouo seculo: ut in

dicia gloriosorum uulnerum in illa immortalis carne cernantur: ubi membra ut preciderentur percussa vel secta sunt: ibi cicatrices sed tamen eiusdem membris redditis non perditis apparebunt. Quousque itaque omnia que acciderunt corpori uitia tunc non erunt: non sunt tamen deputanda vel appellanda uitia sed uirtutis indicia. Absit autem ut ad resuscitanda corpora uitaeque reddenda: non possit omnipotentia creatoris omnia reuocare: que uel bestia uel ignis absumpsit uel quicquid in puluerem cinerem uel collapsum: uel in humorem solutum: uel in auras est exhalatum. Absit ut sinus ullus secretorum nature ita recipiat aliquid subtractum sensibus nostris ut omnium creatoris aut lateat cognitionem: aut effugiat potestatem. Deus certe uolens sicut poterat diffinire cetero tantus auctor ipsorum mens quoddam est inquit soluta et libera: secreta ab omni concretionem mortali: omnia sentiens et mouens ipsaque predicta motu se perpetuo. Hoc autem reperit in doctrinis magnorum philosophorum. Ut igitur enim ipsos loquar: quomodo aliquid uel latec omnia sentientem: uel irreuocabiliter fugit omnia mouentem? Unde itaque etiam questio illa soluenda est que difficilior uidetur ceteris: ubi queritur: cum caro mortui hominis etiam alterius sit uiuentis caro: cui potius eorum in resurrectione reddatur. Si enim quispiam confectus fame atque compulsus uescatur cadaueribus hominum quod malum aliquotiens accidisse et uetus testatur historia et uiciorum tempus infelicia experimenta docuerunt. Non quisquam ueridica ratione contendet. totum digestum fuisse per imos meatus: nihilque inde in eius carne mutatum atque reuersum: cum ipsa macies que fuit et non est: satis indicet que illis escis detrimenta suppleta sint. Jam itaque aliqua pauloante premisi que ad istum

quoque nondum soluenda vale debe bunt. Quicquid enim carni exhauset fa mes utique in auras est exhalatum. Unde diximus omnipotentem deum posse reuo care quod fugit. Reddetur ergo caro illa homini in quo esse caro humana primitus cepit: ab illo quippe altero tanquam mutuo sumpta deputanda est: que sicut es alienum redhibenda est nisi sumpta est. Sua vero illi quem fames exinanierat: ab eo qui potest etiam exhalata reuocare reddetur. Quamuis etsi omnibus perisset modis: nec ulla eius materies in ullis nature latebris remansisset nisi vellet eam repararet omnipotens. Sed propter sententiam veritatis qua dictum est: capillus capitis vestri non peribit: absurdum est ut putemus: cum capillus hominis perire non possit: tan tas carnes fame depastas atque consumptas perire potuisse. Quibus omnibus pro nullo modico consideratis atque tractatis hec summa perficitur: ut in resurrectione carnis in eternum eas mensuras habeat corporum magnitudo: quas habebat perficiende siue perfecte cuiusque indita corpori ratio iuuentutis in membro rum quoque omnium modulis congruo decore seruato. Quod decus ut seruetur: si aliquid demptum fuerit indecens aliquid granditati in parte aliqua constituitur: quod per totum spergatur ut neque id pereat et congruentia partium ubique teneatur non est absurdum ut aliquid inde etiam stature corporis addi posse credamus cum omnibus partibus ut decorem custodiant id distribuitur quod si enormiter in vna esset: utique non deceret. Aut si contenditur in ea quoniam statura corporis resurrecturam esse in qua defunctus est: non pugnaciter resistendum est tantum absit omnis deformitas: omnis infirmitas: omnis tarditas: omnisque corruptio: et si quid aliud illud non decet regnum in quo resurrectionis et promissionis filii equales erunt angelis

dei: si non corpore: non etate: certe felicitate.

De nouitate corporis spiritalis in quam sanctorum caro mutabitur. c. xxi.

Et constituetur ergo et quicquid est corporibus uiuis: vel post mortem de cadaveribus periret: et sic cum eo quod in sepulchris remansit: in spiritalis corporis nouitate ex animalis corporis uetustate mutatum resurget incorruptione atque immortalitate vestitum. Sed et si vel casu aliquo graui: vel inimicorum inhumanitate totum periret: conteras in puluerem: atque in auras vel in aquas dispersum: quantum fieri potest nusquam esse sinatur: omnino nullo modo subtrahi poterit omnipotentie creatoris: sed capillus in eo capitis non peribit: erit ergo spiritus subdita caro spiritualis: sed tamen caro non spiritus: sicut carni subditus fuit spiritus ipse carnalis: sed tamen spiritus non caro. Cuius rei experimentum habemus in nostre pene deformitate. Non enim secundum carnes: sed utique secundum spiritum erant carnales quibus apostolus ait. Non potui vobis loqui quasi spiritalibus: sed quasi carnalibus. Et homo spiritualis sic in hac vita videtur: tamen corpore adhuc carnali sit: et videat aliam legem in membris suis repugnantem legi mentis sue. Erit autem etiam corpus spirituale: cum eadem caro sic resurrexit: ut fiat quod scriptum est. Seminatur corpus animale: resurget spirituale: que sit autem et quoniam magna corporis spiritualis gratia que nondum videtur in experimentum: vereor ne temerarium sit omne quod de illa profertur eloquium. Veruntamen quoniam spei nostre gaudium propter dei laudem non est tacendum: et de intimi ardentis sancti amoris me dullis dictum est: domine dilexi decorem domus tue: de donis eius que in hac uita eruosissima bonis malisque largitur

ipso adiuuante cōliciamus: ut possu-
mus: quātū sit illud qđ nondū exper-
ti utiq; digne eloq; n̄ ualemus. Omít-
to enim quando fecit hominem rectū:
omitto uitā illā duorū coniugū in pa-
radisi fecunditate felicē: quando tam
breuis fuit ut ad nascentiū sensū nec
ipsa peruenerit in hac quā nouimus i
qua adhuc sumus: cuius tentationes
imo quā totā tentationē q̄diū in ea
sumus: quātūlibet proficiamus ppeti
n̄ desinim? q̄ sit iudicia circa gñs hūa-
nū bōitatis dei q̄s poterit explicare?

De miseris ac mal' q̄bus humanū
genus merito prime preuaricationis
obnoxii est: et a q̄bus nemo nisi per
christi gratiam liberatur. cap. xxxij.

n Am quod ad primam originē
pertinet omniūz mortaliū pge-
niem fuisse damnatā: hec ipsa uita si
uita dicenda est: tot et tantis mal' ple-
na testatur. Quid enim aliud idicat
horrenda quedā profunditas ignozā-
tie ex qua omnis error existit: qui oēs
filios adam tenebroso quodā sinu su-
scipit: ut homo ab illo liberari sine la-
bore: dolore: timore nō possit. Quid
amor ipse tot rerū uanarū atq; noxi-
arū: et ex hoc mordaces cure: pturba-
tōes: merores: formidines: ifana gau-
dia: discordie: lites: bella insidie: zacū-
die: inimicitie: fallacia: adulatio: fraus
furtū: rapia: perfidia: superbia: ābitio
inuidentia: homicidia: patricidia: cru-
delitas: seuitie: nequitia: luxuria: petu-
lātia: ipudentia: ipudicitia: fornicatio-
nes: adulteria: incesta: et cōtra naturā
utriusq; sexus tot supra atq; imūdi-
tie: quas turpe ē etiā dicere: sacrilegia
hereses: blasphemie: perurū: oppres-
siones innocentū: calūnie: circūuētio-
nes: preuaricatōes: falsa testimonia:
iniqua iudicia: uiolētia: latrocinia: et
quicqđ talū malorū in mentē nō ue-

nit: et tamen de uita ista hominum n̄
recedit. Uerū hec hominū sunt malo-
rū: ab illa tñ erroris et pueri amoris
radice ueniētis: cū qua oīs filius adā
nascitur. Nā quis ignozat cū quanta
ignorantia ueritatis: que iā in infanti-
bus manifesta est: et cū quanta abun-
dantia nane cupiditatis que i pueris
incipit apparere: homo ueniat i hanc
uitā: ita ut si dimittat uiuere ut uelit
et facere quicqđ uelit in hec facinora
et flagitia que cōmemorauī et que cō-
memorare non potui uel cuncta uel
multa perueniatur. Sz diuina guber-
natione non oīno deserente dānatos:
et deo non continente in ira sua mise-
rationes suas: in ipsis sensibus gene-
ris humani prohibitio et eruditio cō-
tra istas cū q̄bus nascimur tenebras
uigilant: et cōtra hos ipetus opponū-
tur: plene tamen etiā labor et dolor.
Quid enim sibi uolunt multimode
formidines: que cohibendis puuloz
uanitatibus adhibēt. Quid pedago-
gi: quid magistri: quid ferule: qđ lo-
ra: qđ uirge: quid disciplina illa qua
scriptura sancta dicit dilecti filij late-
ra esse tundēda: ne crescat idonitus:
domariq; iā durus aut uix possit: aut
fortasse nec possit? Quid igit agitur
his penis oibus: nisi ut debellet iperi-
tia: et praua cupiditas refrenetur: cuz
quibus malis i hoc seculo uiuimus.
Quid est enī quod cum labore memi-
nimus: sine labore obliuiscimur: cum
labore discimus: sine labore nescim?:
cum labore stenui: sine labore fertes
sumus. Nōne hinc appet i quo uelut
pondere suo procliuis et prona sit ui-
tiosa natura: et quāta ope ut hinc libe-
ret indigeat: desidia segnitia: pigritia:
negligentia. Uitia sunt utiq; quibus
labor fugitur: cū labor etiā ipse qđ est
utilis pena sit Sz preter pueriles pe-
nas sine quibus disci non pōt quod
maiores uolunt: qđ uix aliquid utilitez

uolunt: quot & quantis penis genus
agitur humanū: que non ad malici
az nequitiaq; iniquorū: sed ad condi
tionē pertinent miseriaq; cōmunem:
quis ullo sermone dixerit: quis ulla
cogitatione cōprehendit: quantus est
metus: quāta calamitas ab orbitati
bus atq; luctu: a dānis & dānatoibus
a deceptionibus & mendacijs hoīum
a suspicionibus falsis: ab omnibus uī
olentis facinoribus & sceleribus alie
nis: quādo quidē ab eis & depredatio
& captiuitas: & uīncula & carceres: et
exilia & eruciatu: & āputatio mēbro
rū & priuatio sensuū: & oppressio cor
poris ad obscenā libidinem opprimē
tis explendā: & alia multa horrenda
sepe contingunt. Qui ab inumeris ca
sibus qui forissecus corpori formidā
tur: estibus & frigoribus: tēpestatib⁹:
ībribus: alluuiionibus: coruscatione:
tonitru: grādine: fulmine: motib⁹ hīa
tibusq; terraz: oppressionibus ruina
rū: ab offensionibus & pauore ul' etiā
malitia inuentorū: a tot uenenis fru
ticū: aquarū: aurarū: bestiarū ac fera
rū: uel tantūmō molestis: uel etiā mō
riferis moribus: a rabie que contigit
ex rabido cane: ut etiā blanda & amī
ca suo domino bestia: nōnunq; uehe
mētius & amarius q̄ leones dracōes
q; metuat: faciatq; hominē quē forte
cōtaminauerit cōtagione pestifera ita
rabiosum: ut a parētibus: coniuge: fi
lijs: peius omni bestia formidet. Que
mala patiuntur nauigantes: Que ter
rena itinera gradientes: Quis ambu
lat ubicunq; non inopinatis subiacēt
casibus: De foro quidā rediēs domū
sanis pedibus suis cecidit: pedē fregit
& ex illo uulnere finiuit hanc uitam.
Quid uidetur sedēte securius: De sel
la ī qua sedebat cecidit heli sacerdos
& mortuus est. Agricole imo uero oēs
hoies: quot et quantos a celo & terra
uel a pñitiosis animalibus casus me

tuunt agrorū fructibus. Solent tñ d
frumentis tandē collectis: & recondi
tis esse securi. Sed quibusdā qđ noui
mus: prouentum optimū frumētōz
fluuius improuifus fugientibus hoī
b⁹ de horreis eiecit atq; abstulit. Lō
tra milleformes demonū incurfus qđ
innocentia sua fidit: quandoquidē ne
quis fideret etiā puulos baptizatos
quibus certe nihil est inocentius ali
quando sic uerāt ut eis maxime deo
ista sinente mōstretur huius uite flen
da calamitas: & alterius desideranda
felicitas. Jā uero de ipso corpore tot
existūt morborum mala: ut nec libris
medicorum cūcta cōprehēsa sint: in
quorū pluribus ac pene omnibus eti
am ipsa adiūmēta & medicamēta tor
mēta sunt: ut hoies a penaruz exitio
penali eruātur auxilio. Nōne ad hoc
perduxit sitiētes homines ardor im
manis: ut urinam quoq; humanam
uel etiā suam biberēt: Nōne ad hoc
fames ut a carnibus hominum absti
nere se nō possent: nec inuētos homi
nes mortuos. sed propter hoc a se oc
cisos: nec quoslibet alienos: uerū etiāz
filios mēs incredibili crudelitate quā
rabida esuries faciebat affumerent.
Ipse postremo somnus qui proprie
quietis nomē accepit: quis uerbis ex
plicet sepe somniorum uisis q̄ sit inq̄
etus & q̄ magnus licet falsarum rerū
terroribus: quas ita exhibet & quodā
modo exprimit: ut a ueris eas discer
nere nequeamus: animam miserā sen
susq; perturbet. Qua falsitate uisoz
etiā uigilantes in quibusdā morbis
& uenenis miserabilis agitatur: q̄
uis multimoda uarietate fallacie ho
mines etiā sanos maligni demones
nonnūq; decipiāt talibus uisis: etiā si
eos p̄ hec ad sua traducere nō potue
rūt sensus eorū: tamē solo appetitu
qualicūq; psuadēte falsitatis illudāt:
Ab huius tā misere quasi quibusdā

iferis uite: nō liberat nisi gratia saluatoris christi dei ac dñi nostri: hoc enī nomen est ipse iesus: interpretatur q̄p pe saluator: maxie ne post hāc miserior ac sepiterna suscipiat: nō uita sed mors. Nā in ista quāuis sint perfecta ⁊ per sāctos curationū magna solatia tñ iō nō semp etiā ipsa beneficia tribuunt petentib⁹: ne ppter hoc religio q̄ratur que ppter aliā magis ubi mala nō erunt oīo ulla querenda est. Et ad hoc meliores quosq̄ in his malis adiuuat gratia: ut quato fideliore tāto fortiore corde tolerant: ad quā rē etiā philosophiā pdesse dicunt docti hui⁹ seculi: quā dī quibusdā paucis ut ait tullius uerā dederunt. Nec hōibus inquit ab his ante datum est maius donū: aut potuit ullū dari: usq̄ adeo et ipsi cōtra quos agimus quoquomō cōpulsī sunt: in habenda nō quacūq̄ sed uera philosophiā diuinā gratiam cōfiteri. Porro si paucis diuinitus datū est uere philosophiē cōtra miserias huius uite unicā auxiliū: satis et hinc apparet humanū genus ad luendas miseriarū penas esse damnatur. Sicut autē hoc ut fatent nullū diuinū maius esse donū: sic a nullo deo dari credendū est: nisi ab illo quo ⁊ ipsi q̄ multos deos colunt nullū dicūt esse maiorē.

De his que pref illa mala que hōis malisq̄ cōia sunt ad iustorū laborez specialiter pertinet. cap. xxxij.

p Reter hec autē mala huius uite bonis malisq̄ cōia. habent i iusti etiā proprios quosdā labores suos: quibus aduersus uitia militant ⁊ in talium preliorū tentationib⁹ periculisq̄ uersant. Aliquando enim concitatus: aliquando remissius: non tñ desinit caro cōcupiscere aduersus spiritū: ⁊ spiritus aduersus carnē: ut nō ea que uolumus faciamus: omnē ma-

lā cōcupiscentiā cōsumendo: sed eam nobis quantū diuinitus adiuti possumus nō ei consentiendo subdam⁹: uigilīs cōtinuis excubantes ne opinio uerisimilis fallat: ne decipiat fmo uerfutus: ne se tenebre alicuius erroris effundant: ne quod bonū est malum: aut qđ malum bonū esse credat. Ne ab his que agenda sunt metus reuocet: ne in ea que agenda nō sunt cupido precipitet: ne sup iracundiā sol occidat: ne inūmicie prouocet ad retributionē mali pro malo: ne absorbeat inhonestā uel imoderatā tristitia: ne i pertendorū beneficiorū ingerat mēs ingrata torporē: ne maledicis rumoribus bona cōscientia fatiget: ne temeraria suspicio nostra decipiat: ne aliena de nobis falsa nos frangat: ne regnet peccatū in nostro mortali corpore ad obediēdū desiderijs eius: ne mēbra nostra exhibeant iniquitatis arma peccato: ne oculus sequat cōcupiscentiā: ne uindictā cupiditas uincat: ne i eo qđ male delectat uel uisio uel cogitatio demoret: ne improbi aut idecens uerbū libenter audiat: ne fiat quod nō licet etiā si liber: ne i hoc bello laborū periculorūq̄ plenissimo: ul de uiribus nostris speret facienda uictoria: ul uiribus nostris nostra facta tribuantur: sed eius gratie de quo ait apostolus. Gracias autē deo q̄ dat nobis uictoriā p iesū christū dominū nostrū. Qui ⁊ alio loco. In his iquit oibus superuincimus p euz qui dilexit nos. Sciam⁹ quantalibet uirtute preliandi uitijs repugnemus: uel etiāz uitia superemus uel subiugemus: quādiū sumus in hoc corpore nobis deesse nō posse: uide dicamus deo dimitte nobis debita nostra. In illo autem regno ubi semp cū corporibus imortalibus erimus: nec prelia nobis erūt ulla: ⁊ debita que nusquā ⁊ nunquaz eēt si natura nostra sicut recta creata

ē permaneret. Ac per hoc etiā iste tūc
 conflictus in quo piclitamur: 7 ō quo
 nos uictoria nouissima cupimus libe
 rari: ad uite huius mala ptinet quaz
 tot tantozūq; testimonio malorum p
 bauimus esse damnatam.

De bonis quibus etiā hanc uitam
 damnationi obnoxiam creator imple
 uit. cap. xxiij.

n Unc iā cōsiderandū est hāc sp/
 sam miseris generis humani i
 qua laudat iustitia punientis qualibz
 7 q̄ multis ipluerit bonis eiusdē bo
 nitas cūcta que creauit administrātis
 primū benedictionē illā quā protule
 rat ante peccatū dicens. Crescite 7 m̄
 tiplicamini 7 replete trā: nec post pec
 catū uoluit inhibere: mansitq; i stirpe
 dānata donata fecunditas: nec illā uī
 mirabilē seminum: imo etiā mirabi
 liorē q̄ efficiuntur: 7 semina indita cō
 poribus humanis 7 quodāmodo in
 texta: uitiū peccati potuit auferi: quo
 nobis ipacta est etiā necessitas mōris
 sed utrūq; simul currit isto quasi flu
 uio atq; torrente generis humāi ma
 lū quod a parente trahit: 7 bonuz qd
 a creante tribuit. In originali malo
 duo sunt: peccatū atq; suppliciu. In
 originali bono alia duo propagatio 7
 cōfirmatio. Sed quantū ad presentē
 pertinet intētionē nostrā: de mal̄ quo
 rū unū de nostra uenit audacia id est
 peccatū: alterū de iudicio dei id ē sup
 pliciu: iā satis diximus. Nunc de bo
 nis dei que ipsi quoq; uitiāe damna
 teq; nature cōtulit: siue usq; nūc con
 fert dicere institui. Neq; enī dānando
 aut totum abstulit quod dederat: alio
 quin nec esset omnino: aut remouit a
 sua potestate etiā cū diabolo penalit̄
 subdidit: cū nec ipsum diabolū a suo
 alienauerit ipeio: quandoquidem ut
 sp̄ius quoq; diaboli natura subsistat:

ille facit qui sūme est: 7 facit esse q̄cqd
 aliquo modo est. Duū igitur illorū q̄
 diximus bona: etiā in natura peccato
 uitata supplicioq; damnata: de boni
 tatis eius quodā ueluti fonte manare
 propagationē: in primis mundi ope
 ribus benedictōe largitus est: a q̄bus
 operibus die septio requieuit. Cōfir
 matio uero in illo eius opere est: quo
 usq; nunc operat. Efficacē quippe po
 tentiā suā si rebus subtrahat: nec pro
 gredi poterant 7 suis dimensis moti
 bus peragere tēpora: nec prorpius i eo
 q; create sunt aliquatēus pmanebūt.
 Sic ergo creauit hominē deus: ut illi
 adderet fertilitatē quandā qua alios
 hoies propagaret: cōgenerans eis eti
 am ipsā propagādi possibilitatē non
 necessitatē. Quibus tamē uoluit hōi
 bus abstulit eā deus: 7 steriles fuerūt.
 Nō tamē generi humano abstulit se
 mel datā prius duobus coniugibus
 benedictionē generādi. Nec ergo pro
 pagatio quāuis peccato ablata nō fu
 erit: nō tamen etiā ipsa talis est: qual
 fuisse si nemo peccasset. Ex quo enī
 homo in honore positus posteaq; de
 liquit cōparatus est pecoribus: simili
 ter generat. Non in eo tamen penitus
 extincta est quedā uelut sintilla ratio
 nis in qua factus est ad imaginē dei.
 Huic autē propagatōi si cōformatio
 non adhiberet: nec ipsa in sui generis
 formas modosq; procederet. Si enī
 non cōcubuisse hoies: 7 nihilomin?
 deus uellet iplere terras hominibus:
 quomō creauit unū sine cōmixtione
 maris 7 femine: sic posset omnes: con
 cumbentes uero nisi illo creante gene
 rantes esse nō possūt. Sicut ergo ait
 apostolus de institutōe sp̄ritali qua
 homo ad pietatē iustitiāq; formatur:
 neq; qui plantat est aliquid neq; qui
 rigat: sed qui incrementū dat de^o. Ita
 etiā hic dici pōt: nec q; concūbit: nec q;
 seiat aliqd: s; q; format deus. Nec mē

que cōceptum portat ⁊ partū nutrit est aliquid: sed q̄ incrementū dat de? Ipse nāq; operatōe qua nūc usq; opatur: facit ut numeros suos explcent semina: ⁊ a quibusdā latētibus atq; iuisibilibus iuolucris i formas uisibiles huius q̄ aspīcimus decoris euoluāt. Ipse incorporeā corporeāq; naturā: illā prepositā: istam subiectā: miris modis copulans ⁊ cōnectēs aiāntē facit. Quod opus eius tā magnū ⁊ mirabile est: ut nō solū in hoīe q̄ ē aiā rationalē: ⁊ ex hoc cūctis terrenis aiāntibus excellentius atq; prestātius sed in qualibet minutissima muscula bene consideranti stuporē mentis i gerat: laudēq; pariat creatoris. Ipse itaq; aiē humane mentē dedit: ubi ratio ⁊ intelligentia in infante sopita ē quodāmō quasi nulla sit excitanda scilicet atq; exercenda etatis accessu: qua sit scientie capax atq; doctrine: ⁊ habilis perceptioni ueritatis ⁊ amoris boni. Qua capacitate hauriat sapiētia: uirtutibusq; sit predata: quibus prudētē fortiter: tēperanter: ⁊ iuste aduersus errores ⁊ cetera i generata uitia dimicet eaq; nullius rei desiderio nisi boni illius sūmi atq; incommutabilis uincat. Qd̄ etsi nō faciat ipsa taliū bonorum capacitas in natura rationali diuinitus instituta: quantū sit boni q̄ mirabile opus oīpotentis quis cōpetenter effatur aut cogitat? Preter enī artes bene uiuendī: ⁊ ad imortālē perueniēdi felicitatē que uirtutes uocantur: ⁊ sola dei gratia que in christo est filiis promissionis regniq; donant: nonne humano ingenio tot tanteq; artes sē inuente ⁊ exercitate: parti necessarie: partim uoluntarie? Et tā excellēs uis mētis atq; ratiois: in his etiā rebus quas supfluas imo ⁊ periculosas perniciosasq; appetit: quantū bonū hēat i natura unde ista potuit uel inuenire uel discere: uel exercere testatur. Uestimē

torū ⁊ edificiorū ad q̄ mirabilia q̄ stupenda industria humana peruenerit: quo in agricultura: quo in nauigatōe p̄fecerit: que in fabricatōe quorūq; uasorū uel etiā statuarū ⁊ picturarū uarietate excogitauerit ⁊ iplauerit: q̄ i theatris mirabilia spectātibus: audiētibus incredibilia faciēda ⁊ exhibēda molita sit: in capiēdis occidēdis domandis irratōabilibus aiāntibus: que ⁊ quanta reperit: aduersus ipsos hoīes tot genera uenenorū: tot armorū: tot machinamētorū: ⁊ pro salute mortali tuēda atq; reparanda quot medicamenta atq; adiuuētā p̄prehēderit: pro uoluptate fauciū quot cōdimenta ⁊ gule incitāmētā reperit: ad indicādas ⁊ suadēdas cogitatōnes q̄ multitudinē uarietatēq; signorū: ubi precipuū locū uerba ⁊ littere tenent: delectandos aiōs quos elocutōis ornatus: q̄ diuersorū carminū copiam: ad mulcēdas aures quot organa musica: quos cantilene modos excogitauerit: quantā peritiā dimensionū atq; numerorū: meatusq; ⁊ ordines syderū quanta sagacitate cōprehēderit: q̄ multa rerū mundanarū cogitata cognitione se iplauerit quis possit eloq; maxie si uelimus nō acruati cuncta cōgerere: sed in singulis imorari? In ipsis postremo erroribus ⁊ falsitatibus defendēdis q̄ magna claruerit igenia philosophorū atq; hereticorū q̄s existimare sufficiat? Loquimur enī nunc de natura mētis humane: qua ista uita mortalis ornat: nō de fide atq; inere ueritatis qua illa imortalis acq̄ritur. Huius tante nature cōditor cum sit utiq; deus uerus ⁊ sūmus: ipso cūcta que fecit administrāte: ⁊ summā potestātē sūmāq; habentē iustitiā: inūq; profecto in has miserias decidisset: at que ex his preter eos solos qui liberabunt in eternas esset itura: nisi nimis grāde peccatū i hoīe prio de quo ceteri

exorti sunt precessisset. Jā uero ī ipso corpore quāuis nobis sit cum beluls mortalitate cōe: multisq; earuz reperiat infimius: quanta dei bonitas: quāta puidētia tāl creatoris appet. Nōne ita sunt in eo loca sensuū 7 cetera mēbra disposita: spēsq; ipsa ac figura 7 statura totius corpis ita modificata: ut ad misteriiū aīe rationalis se indicet factū. Non enī ut aialia rationis expertia prona esse uidem? ī terrā: ita creatus ē homo: sed erecta in celū corporis forma admonet euz que sursum sunt sape. Porro mira mobilitas que ligue ac manibus attributa est ad loquēdū 7 scribendum apta atq; cōueniens: 7 ad opera artū plurimarū officiorūq; cōplenda: nōne satis ostēdit quali anime ut seruiret tale sit corpus adiunctū. Quāq; 7 de tractis necessitatibus operādi: ita oīum partiū cōgruentia numerosa sit: 7 pulchra sibi pilitate respōdeat: ut nescias utrū in ea cōdenda maior sit utilitatis hīta ratio q̄ decoris. Lete enī nihil creatū uidemus in corpore utilitatis cā q̄ nō habeat etiā decoris locū: plus autē id nobis apparz: si numeros mensurarū q̄bus in ter se cuncta cōnexa sunt 7 coaptata nossemus: quos forsitan data opa in his que foris eminet humana possēt iue fugare solertia. Que uero tecta sunt atq; a nostris remota cōspectibus: sicut est tanta pplexitas uenarū atque neruorū 7 uiscerū secreta uitaliū iuenire nullus potest. Quia etsi medicorū diligentia nōnulla crudelis: quos anatomicos uocat laniauit corpora mortuorū: siue etiā iter manus secantis 7 perscrutantis morientū: atque in carnibus humanis satis ihumane abdita cuncta rimata est: ut qd 7 quomō 7 q̄bus locis curādū eēt addisceret: numeros tñ de q̄bus loquor: q̄b? coaptatio que harmonia grece dicit:

tanq; cuiusdā organi extrinsecus atq; intrinsecus totius corporis constat. Quid dicam? nemo ualuit inuenire quos nemo ausus ē querere: q; si nōti esse potuissent: interioribus quoq; uisceribus que nullū ostentat dec? ita delectaret pulchritudo rōis ut oī forme appetenti que ocul placet: ipsi mētis que ocul utitur perferretur arbitrio. Sunt uero quedaz ita posita in corpore: ut tātmō decorē habeant nō etiā usum sicut hēt pectus uirile māmillas: sicut facies barbā: quā nō esse munimento sed uirili ornamēto indicāt pure facies femiarū: quas utiq; infirmiores muniri tutius cōueniret. Si ergo nullū mēbrū est in his q̄ dē conspicuis: unde ambigit nemo q; ita sit alicui operi accomodatū: ut nō etiā sit decorū: sunt autē nōnulla quorū solū decus 7 nullus est usus: puro facile in cōditiōe corporis dignitatē necessitati fuisse prelatā. Transitura est quippe necessitas: tēpusq; ueturuz quando sola inuicē pulchritudine sine ulla libidine p̄suamur: quod maxie ad laudē referendū est cōditoris: cui dicit in psalmo. Confessionē et decorē induisti. Jā cetera pulchritudo 7 utilitas creature: que homini licet in istos labores miseriasq; plecto atq; dānato: spectāda atq; sumēda diuina largitate cōcessa est. Quo sermōe terminari pōt in celi 7 terre 7 maris mltimoda 7 uaria pulchritudie: etiā ipius lucis tanta copia: tamq; mirabili specie in sole ac luna 7 syderibus: in opacitatibus nemorū: in coloribus 7 odoribus florū: in diuersitate ac multitudie uolucrū garzularū atq; pictarū: in multiformi specie tot tantarūq; animantiū: quorum illa plus habet admirationis que molis minimum: plus enī formicularū 7 apicularum opera stupemus: q̄ immensa corpora balcnarū: in ipsius quoq; maris tam

grandi spectaculo: cū sese diuersis coloribus uelut uestibus induit: et aliqui uiride: atq; hoc multis modis: aliqui purpureū: aliquādo ceruleū ē. Quaz porro delectabiliter spectat etiā quā dociq; turbat: et fit inde maior: suauitas q̄a sic demulcet intuentē: ut nō iacet et quatiat nauigantē. Quid ciborū usquequaq; copia cōtra famē: qd̄ saporū diuersitas cōtra fastidiū nature diffusa diuinitus nō cocorū arte ac labore quesita: Quanta in multis reb⁹ tuende ac recuperāde salutis auxilia: q̄ grata uicissitudo diei alternātis et noctis: aurarū q̄ blanda tēperies: in frutibus et pecoribus indumentoz cōficiendorū quāta materies: omnia cōmemorare quis possit: Hec autem sola que a me uelut in quendā aggerē sunt coartata: si uellē uelut colligata inuolucra solue atq; discutere: quāta mihi mora esset in singul̄ quibus plurima cōtinent̄. Et hec omnia miseroz sunt dānatorūq; solatia: nō p̄mia beatorū. Que igit̄ illa sunt si tot ac talia et tanta sunt ista: Quid dabit eis quos predestinauit ad uitā: q̄ hec dedit eis quos predestinauit ad mortē? Que bona i illa beata uita faciet eos sumere: pro q̄bus in hac miseria unigenitū filiū suum uoluit usq; ad mortē mala tanta p̄ferre: Unde apostolus de ipsis in illud regnū predestinatis loquens. Qui p̄prio inquit filio non pepercit: sed pro nobis oibus eū tradidit: quomō nō etiā cū illo oīa nobis donauit: Eū hec promissio cōplebit̄: quid erimus: quales erimus: que bona in illo regno accepturi sumus: q̄n̄ quidē christo moriente pro nobis tale tā pignus accipimus: Qualis erit spiritus hominis nullū omnino h̄ns uitū: nec s̄b quo iaceat: nec cui cedat: nec cōtra quod saltē laudabilē dimiter: pacatissima uirtute p̄fectus: Rezz ibi oīum quāta q̄ speciosa q̄ certa sci

entia: sine aliquo errore uel labore t̄ ubi dei sapientia de ipso suo fonte potabit cum summa felicitate: sine ulla difficultate: Quale erit corpus quod omnimodo spiritui subditū: et eo sufficienter uiuificatum: nullis alimoniis indigebit: non enī animale sed spiritale erit: habens quidē carnis s̄ sine ulla carnali corruptione substantiā.

De peruicacia quorundā qui resurrectionē carnis quā sicut predictū est totus mūdus credit ipugnāt. ca. xxv.

u Erum de animi bonis quibus post hanc uitā beatissimus p̄fructur: nō a nobis dissentiunt philosophi nobiles: qui de carnis resurrectione cōtendunt. Hanc quātū possūt negant: sed credentes multi negantes paucissimos reliquerūt: et ad christū qui hoc quod istis uidetur absurdū in sua resurrectione monstrauit: fideliter corde cōuersi sunt docti et indocti: sapientes mundi et insipientes. Hoc enī credidit mundus: quod predixit de⁹ qui etiā hoc predixit: q̄ hanc rē mūdus fuerat crediturus. Neq; enī petrī maleficis eā cum laude credentiū tāto ante prenucciare cōpulsus est. Ille est enī deus quē sicut tā dixi aliquoens nec cōmemorare me piget: cōfite te porphyrio atq; id oraculis deorū suoz probare cupiente: ipsa numia perhorrescunt. Que sic laudauit: ut eum et deū patrem et regem uocaret: absit enim ut sic intelligenda sint que predixit: quomodo uolūt hī qui hoc cum mundo non crediderunt: q̄ mūdum crediturū esse predixit. Cur enī non potius ita sicut crediturus rāto ante predictus est mundus: non sicut paucissimi garrunt: qui cū hoc mundo q̄ crediturus predictus est credere noluerunt. Si enim propterea dicūt alio modo esse credenda: ne si dixerit

uana esse cōscripta: iniuriā faciant illi deo cui tam magnum perhibent testi moniū: tantam prorsus ei ul' etiā gra uiozem faciunt iniuriā: si aliter di cunt esse intelligenda: non sicut mun dus ea credidit quē crediturum ipse laudauit: ipse promissit: ipse cōpleuit. Cur enī non potest facere ut resurgat caro ⁊ uiuat in eternū: An propterea credendum nō est id eū esse facturum quia malum est atq; idignū deo. Sz de oipotentia eius que tot ⁊ tanta fa cit incredibilia: iā multa diximus si uo lunt inuenire quod oipotens nō pōt habent prorsus ego dicā mētiri. non potest. Credamus ergo quod potest: nō credēdo quod nō potest. Nō itaq; credentes q̄ mētiri possit. credant esse facturū quod facturuz esse promissit. Et sic credant sicut id credidit mūd⁹: quē crediturū esse predixit: quem cre diturū esse laudauit: quem crediturū esse promissit: quē credidisse iam ostē dit: hoc autē malum esse unde demō strauit. Non erit illic ulla corruptio quod est corporis malū. De ordie ele mentorū iā disputauimus: de alijs ho minū cōiecturis satis diximus. Quā ta sit futura in corpore icorruptibili facilitas motus: de presentis ualitudi nis bone tēperamēto: que utiq; nullo mō illi cōparanda est immortalitati: in libro. xij. satis ut opinor ostendim⁹: legant superiora operis huius: qui ul' non legerunt: uel nolunt recolere qđ legerunt.

Quomodo porphyriū diffinitio qua beatis animis putatur corp⁹ esse fugiendū ipsius platonis sentētia de struatur qui dicit summū deum dīs promississe ut nunquam corporibus exuerentur. cap. xxvi.

f Ed porphyrius ait inquit ut beata sit anima corpus omne esse fugiendum: nihil ergo prodeit qđ

incorruptibile diximus futurū corp⁹ si anima beata nō exit: nisi corpus oē effugerit. Sed iā ⁊ hinc ē libro memo rato quantā oportuit disputauit: uerū hic unū inde tantū cōmemorabo. E mendet libros suos istorū oīum ma gister plato: ⁊ dicat eorū deos ut bea ti sint sua corpora fugituros: id ē esse morituros: quos in celestibus corpo ribus dixit inclusos. Quibus tamen deus a quo facti sunt: quo possent eē securi immortalitatem id est in eisdē cō poribus etenā permansionē: nō eorū natura id habente: sed suo cōsilio pre ualente promissit. Ubi etiā illud euer tit quod dicunt: quoniā est ipossibile: ideo resurrectionez carnis nō esse cre dendā. Apertissime quippe iuxta eū dē philosophū: ubi dīs a se factis p missit deus nō factus immortalitatem: quod ipossibile ē se dixit esse facturū. Sic enī eum locutum narrat plato. Quoniā estis orti inquit: imortales esse ⁊ dissolubiles nō potestis. Nō tñ dissoluemini: neq; uos ulla mortis fa ta periment: nec erunt ualētiora q̄ cō silium meū: quod maius est uinculuz ad ppetuitatem uestra: q̄ illa quibus estis colligati. Si nō solū absurdi sed furdi non sunt qui hec audiunt: non utiq; dubitant dīs factis ab illo deo qui eos fecit: secundū platonē quod ē ipossibile fuisse promissū. Qui enim dicit uos quidē imortales esse nō po testis: sed mea uoluntate imortales eritis: quid aliud dicit q̄ id quod fieri nō potest me faciente tamen eritis. Il le igitur carnem incorruptibile imor tāle: spirituale resuscitabit: qui iuxta platonem id quod ipossibile est se esse facturum promissit. Quid adhuc qđ promissit deus quod deo promittenti credidit mūdus: qui etiā ipse promis sus est crediturus: esse ipossibile cla māt: quandoquidē nos deum qui eti am secundū platonē facit ipossibilia.

id facturū esse clamamus. Non ergo ut beate sint anime corpus est omne fugiendum: sed corpus incorruptibile recipiendū. Et in quo cōuenientius i corruptibili corpore letabuntur: q̄ in quo corruptibili gemueant. Sic enī non in eis erit illa dīa cupiditas quā posuit ex platone. Virgilius ubi ait. Rursus et incipient in corpora uelle reuertī. Sic inquā cupiditatē reuertē dī ad corpora nō habebūt: cuz corpora in que reuertī cupiāt secū hēbunt: ⁊ sic hēbunt ut nunq̄ nō hēant: nūq̄ ea prorsus uel ad exiguum quālibet tempus ulla morte deponant.

De contrarijs diffinitionibus platonis ⁊ porphyrii: in quibus si uterq̄ alteri cederet: a ueritate neuter deuiaret. cap. xxvij.

Singula quedā dixerunt plato atq̄ porphyrius: que si iter se cōmunicare potuissent: facti essent fōtasse christiani. Plato dixit sine corporibus animas in eternum esse non posse. Ideo enim dixit etiam sapientium animas post quālibet longum tēpus tamen ad corpora reditas. Porphyrius autē dixit animam purgatissimā cum redierit ad patrem: ad hec mala mundi nunq̄ esse rediturā. Ac per hoc q̄ uerum uidit plato si dedisset porphyrio etiā iustorū atq̄ sapientium purgatissimas animas ad hūmana corpora redituras: rursus q̄ uerum uidit porphyrius si dedisset platonī: nunq̄ redituras ad miseras corruptibilis corporis animas sanctas: ut nō singuli hec sigula: sed ambo ut singuli utrunq̄ dicerent: puto q̄ uiderent esse iā consequens: ut ⁊ redirent anime ad corpora: ⁊ talia recipere corpora: in quibus beate atq̄ immortaliter uiuerent: quoniā secundū platonem etiam anime sancte ad huma-

na corpora redibunt: secundū porphyriū ad mala mundi huius sacre anime nō redibunt. Dicit itaq̄ cum platone porphyrius redibunt ad corpora: dicit plato cū porphyrio nō redibunt ad mala: ⁊ ad ea corpora redire consentient: in quibus nulla patitur mala. Hec itaq̄ non erūt nisi illa que promisit deus beatas animas in eternum cum sua eterna carne factururus. Hoc enim quantū existimo iā facile nobis cōcederent abo: ut qui fateantur ad immortalia corpora reditas animas esse sanctorum: ad sua illas redire permitterent: in quibus mala huius seculi pertulerunt: i quibus deum ut his malis carerent: pie fideliterq̄ coluerunt.

Quid ad uerā resurrectionis fidē uel plato uel labeo uel etiam uarro pferre potuerint: si opinioniones eorū in unā sētentiā cōuenissent. cap. xxviij.

Nonnulli nostrū ppter quoddā pclarissimū loquēdi genus: et ppter nōnulla que ueraciter sēsit amātes platonē dicunt eū aliquid simile nobis etiā de mortuorū resurrectione sensisse. Quod quidē sic tagit i libris de repub. tullius: ut eū luisse potius q̄ id uerū esset affirmet dicere uoluisse. Inducit enī hoīez reuixisse: ⁊ narasse quedā que platonīcīs disputationibus cōgruebāt. Labeo etiā duos dicit uno die fuisse defūctos: ⁊ occurrisse inuicē in quodā cōpito. Deinde ad corpora sua iustos fuisse remeare: ⁊ cōstituisse inter se amicos se esse uicturos: atq̄ ita esse factū donec postea morerēt. S; isti auctores talē resurrectionē corporis factā fuisse narrarūt: quales fuerūt eorū quos resurrexisse nouimus: ⁊ huic qdē redditos uite: s; nō eo mō ut nō morerentur ulterius. Mirabilius autē quoddā marcus

uaro ponit in libris quos scripsit de gēte populi romani: cuius putauī uerba ipsa ponēda. Genethiliaci quōdā scripserunt inq̄t esse in renascēdis hominibus quā appellant palingenesiam greci: hāc scripserūt cōfici in ānis numero quadringentis quadraginta ut idē corpus et eadē aīa que fuerant cōiuncta in hoīe aliq̄n eadē rursus redeant in cōiunctionē. Iste uarro quidez siue genethiliaci illi nescio qui: n̄ enīz noīa eorū prodidit: quorū cōmemorauit sententiā: aliqd̄ dixerūt qd̄ licet falsum sit: cū enī semel ad eadē corpora que gesserunt aīe redierunt nūquā ea postea sunt relictura: tamen multa illius impossibilitas que cōtra nos istī garrunt argumēta cōuellit ⁊ destruit. Qui enī hec sentiunt siue senserūt: nō eis uisū est fieri n̄ posse: ut dilapsa cadauera in auras: in puluerē: in cinerē: in humores: in corpora uescētium bestiarū: uel ipsorū quoq; hominū: ad id rursus redeāt quod fuerūt. Qua propter plato ⁊ porphyrius: uel potius quicunq; illos diligūt ⁊ adhuc uiuunt: si nobis cōsentiunt: etiā sanctas aīas ad corpora redituras sicut ait plato: nec tamen ad mala ulla redituras sicut ait porphyrius: ut ex his fiat cōsequens qd̄ fides predicat christiana: talia corpora recepturas ī quibus sine ullo malo in eternū feliciter uiuāt. Assumāt etiā hoc de uarone: ut ad eadē corpa redeāt ī qb̄ aīa fuerunt: ⁊ apud eos tota q̄stio de carnis in eternū resurrectione soluetur.

De qualitate uisiōis qua ī futū seculo sancti deum uidebunt. ca. xxxix.

nunc **U**nc iā quid acturi sint ī corporibus imortalibus atq; spūalibus sancti nō adhuc eorū carne carnaliter sed spūaliter iā uiuēte quantuz dñus dignat̄ adiuuare uideamus: et

illa quidē actio uel potius quies atq; otīū quale futurū sit si uerū uelī dicē nescio. Nō enī hoc unq; per sēsus corporis uidi. Si autē mente id ē intelligentia uidisse me dicā: quantū est: aut quid est nīa intelligentia ad illā intelligentiā: Ibi est enī pax dei que sicut dicit apostolus superat oēm sensum uel intellectū: quē nisi nostrū: aut fortasse etiā sanctorū angelorū: non enī etiāz dei. Si ergo sancti in dei pace uicturi sunt: profecto in ea pace uicturi sunt que superat oēm intellectū. Quoniā q; nostrū quidem superat nō est dubium: si autē superat et angelorū: ut nec ipsos excepisse uideatur qui ait omnē intellectū: secundum hoc dictū esse debemus accipere quia pacē dei qua ipse deus pacatus est sicut deus nouit nō eā nos sic possumus nosse: nec ulli āngeli. Superat itaq; oēm intellectū nō dubium q; preter suum. Sed quia et nos pro mō nostro pacis eius participes facti: summā in nobis atq; inter nos ⁊ cū ipso pacē: quantū nostrum summum ē obtinebimus. Isto modo pro suo modo sciunt eaz sancti angeli: hoies autē nūc longe infra quantū libet pro uictu mentis excellant. Considerandū est enī quantus uir dicebat. Ex parte scimus: ⁊ ex parte prophetamus: donec ueniat quod perfectum est. Et uidemus nunc per speculū in enigmate: tunc autē facie ad faciem. Sic iā uidēt sancti angeli: qui etiā nostri angeli dicti sunt: quia eruti de potestate tenebrarū: et accepto spū pignore translati ad regnū christi: ad eos angelos iā cepimus pertinere: cū quibus nobis erit sancta atq; dulcissima de qua iam tot libros scripsimus dei ciuitas ipsa cōis. Sic sunt ergo āngeli nostri qui sunt angeli dei: quēadmodū christus dei christus ē noster. Dei sunt quia deū non reliquerunt: nostri sunt: quia suos ciues nos hēre

ceperunt. Dixit autē dominus iesus :
 uidete ne contēnatis unū de pusillis
 istis: dico enī uobis quia angeli corū
 in celis semp. uident faciē patris mei:
 qui in celis est. Sicut ergo illi uident:
 ita et nos uisuri sumus: sed nōdū ita
 uidemus: propter quod ait apostolus
 quod paulo ante dixi. Uidemus nunc
 per speculū in enigmate: tunc autē fa-
 cie ad faciē. Premiū itaq; fidei nobis
 uisio ista seruat. De qua ⁊ iohannes a-
 postolus loquens: cū appuerit inquit
 similes ei erimus: quoniā uidebimus
 eū sicuti est. Facies autē dei manifesta-
 tio eius intelligenda est: nō aliq; tale
 mēbrozū quale nos habemus in cor-
 pore: atq; isto nomine nūcupamus.
 Quapropter cū a me queritur: quid
 acturi sunt sancti in illo corpore spiri-
 tuali nō dico quod iā uideo: sed dico
 quod credo: secundū illud quod i psal-
 mo lego. Credidi propter qd locutus
 sum. Dico itaq; uisuri sunt deū i ipso
 corpore: sed utrū per ipsum sicut per
 corpus nunc uidemus solē: lunā: stel-
 las: mare: ac terrā: ⁊ que sunt in ea nō
 parua questio est. Durū est enī dicere
 q; sancti talia corpora tunc habebūt:
 ut nō possint oculos claudere atq; ap-
 re cū uelint. Durius autē q; ibi deum
 quisquis oculos clauserit nō uidebit.
 Si enī propheta heliseus puerū suū
 giesi absens corpore uidit accipientē
 munera que dedit ei naaman syrus:
 quē propheta memoratus a lepre d-
 formitate mundauerat: quod seruus
 nequā domino suo non uidente latē
 se fecisse putauerat: quāto magis in
 illo corpore spiritali uidebunt sancti
 oīa nō solū si oculos claudant: ueruz
 etiā unde sunt corpore absētes. Tunc
 enī erit perfectū illud de quo loquens
 apostolus: ex parte inquit scim⁹: et ex
 pte prophetamus: cū autem uenerit
 quod perfectū est: euacuabitur quod
 ex parte est. Deinde ut quomō possit

aliqua similitudine ostenderet: quātū
 ab illa que futura est distet hec uita:
 nō qualiūcunq; hominū: uerū etiam
 qui precipua hic sanctitate sunt p̄diti
 cum essem inquit paruulus: quasi p-
 uulus sapiebā: quasi paruulus loque-
 bar: quasi paruulus cogitabam. Luz
 autē factus sum uir: euacuauit ea que
 paruuli erant. Uidemus nunc p spe-
 culum in enigmate: tunc autem facie
 ad faciē. Nunc scio ex parte: tūc au-
 tē cognoscām sicut ⁊ ego cognitus sū.
 Si ergo in hac uita ubi hominū mi-
 rabiliū prophetia ita cōparanda est
 illi uite quasi puuli ad iuuenē: uidit
 tamen heliseus seruū suū accipientez
 munera ubi ipse nō erat: ita ne cum
 uenerit quod perfectum est: nec iam
 corpus corruptibile aggrauabit ani-
 mā: sed incorruptibile nihil ipedit:
 illi sancti ad ea que uideā sunt ocul
 corporeis quibus heliseus absēs ad
 suū suū uideūm non indiguit ind-
 gebunt. Nā secundū interpretes. lxx.
 ista sūt ad giesi uerba a prophete. Nō
 ne cor meum erat tecū: quando cōue-
 sus est uir de curru in obuiam tibi: ⁊
 accepisti pecuniā ⁊ cetera. Sicut autē
 ex hebreo interpretatus est presbyter
 hieronymus: nonne cor meū inquit i
 p̄senti erat: quādo reuersus est homo
 de curru suo in occursum tui: Lorde
 ergo suo se dixit hoc uidisse prophe-
 ta: adiuto quidē mirabiliter: nullo du-
 bitante diuinitus. Sed quāto āplius
 tunc oēs munere isto abundabūt: cū
 deus erit oīa in oībus: hēbunt tamē
 etiā illi oculi corporei officiū suum. ⁊
 in loco suo eunt: uteturq; ille spirit⁹
 per spirituale corpus. Neq; enī et ille
 propheta quia nō eis indiguit ut ui-
 deret absentē: nō eis usus est ad uide-
 da presentia: que tamē spiritu uidere
 posset etiā si illos claudēt: sicut uidit
 absentia: ubi cum eis ipse non erat:
 Alit ergo ut dicamus illos factos in

illa uita deū clausis oculis nō uisuros: quē spiritu semp uidebūt: sed utrū uidebūt 7 p oculos corporis cū eos ap-
 tos hēbunt inde questio est. Si enim tantū potuerūt in corpore spiritali eo mō utiqz etiā ipsi oculi spiritalia quantū possunt isti quales nunc hē-
 mus: pculdubio p eos deus uideri nō poterit. Longe itaqz alterius erūt po-
 tentie: si per eos uidebit incorporea illa natura: que nō cōtinet loco: s; ubi-
 qz tota est. Non enī quia dicimus de-
 um 7 in celo esse 7 in terra: ipse q̄ppe ait per prophetā: celum 7 terram ego impleo: aliā partē dīcturi sumus eum in celo habere: et aliā in terra: sed totus in celo est: totus in terra: nō alternis tēporibus: sed utrūqz simul quod nō la corporalis natura pōt. Uis itaqz p-
 pollentior oculorū erit illorū: non ut acutius uideant q̄ quidā phibent uide-
 dere serpentes uel aq̄le: quātalibet. n. acrimonia cernēdi eadē quoqz aialia nihil aliud possunt uidē q̄ corpa: sed ut uideāt 7 incorporalia. Et fortasse ista uirtus magna cernēdi data fuerit ad horā etiā in isto mortali corpe oculi sancti uiri iob: quando ait ad deū. In obauditu auris obaudiebā te prius: nūc autē oculus meus uidet te: propterea desperi memetipsū 7 distabui: 7 existiaui me terrā et cinerē. Quauis nihil hic prohibebat oculū cordis intelligi: de quibus oculi ait apostolus. Illuminatos oculos hēe cordis uestri. Ipsis autē uidei deū cū uidebit christianus abigat nemo: qui fideliter accipit quod ait ille magister deus. Beati mundo corde quoniā ipsi deum uidebunt. Sed utrum etiā corporalibus ibi oculis uideatur: hoc in ista questione uersamus. Illud enī quod scriptū est 7 uidebit omnis caro salutare dei: sine ullius nodo difficultatis sic intelligi potest ac si dictū fuisset. Et uidebit omnis homo christū dei: qui utiqz i

corpore uisus est 7 in corpore uidebitur: quādo uiuos 7 mortuos iudicabit. Quod autē ipse sit salutare dei: multa sunt 7 alia testimonia scripturarū: sed euidentius uenerādi illius senis simeonis uerba declarāt. Qui cū infante christū accepisset in manus suas: nunc inq̄t dimittis domine seruū tuū secundū uerbū tuum in pace: quoniā uiderunt oculi mei salutare tuū. Illud etiā quod ait supramemorat⁹ iob: sicut in exemplaribus que ex hebreo sunt inuenitur: 7 in carne mea uidebo deū: resurrectionem quidez carnis sine dubio pphetauit. Non tamē dixit p carnē meā. Quod quidē si dixisset: posset deus christus intelligi q̄ per carnē in carne uidebit. Nūc uero pōt 7 sic accipi. In carne mea uidebo deū saluatore meū: ac si dixisset. i carne mea ero cum uidebo deū. Et illud quod ait apostolus: facie ad faciē: nō cogit ut deum per hanc faciē corporalem ubi sunt oculi corporales: nos uisuros esse credamus: quē spiritu sine intermissione uidebimus. Nisi enim esset etiā interioris hominis facies nō diceret idē apostolus. Nos autē reuelata facie gloriā domini specularantes in eandem imaginem transformamur: de gloria in gloriam tāq̄ ad domini spiritū. Nec aliter intelligimus quod in psalmo canitur. Accedite ad eum 7 illuminamini: 7 facies uestre non erubescant. fide quippe acceditur ad deū: quam cordis esse constat nō corporis. Sed quia spiritale corpus nescimus quantos habebit accessus: de re quippe experta loquimur: ubi aliqua que aliter intelligi nequeat diuinarū scripturarum non occurrit: sed succurrit auctoritas: necesse est ut cōtingat in nobis quod legitur in libro sapiētie. Cogitationes mortalium timide et incerte prouidentie nostre. Ratiocinatio q̄pe illa philosophorū qua disputat

ita mentis aspectu intelligibilia uide-
ri: et sensu corporis sensibilia id est cor-
poralia ut nec intelligibilia per corpus:
nec corporalia per seipsam mens uale-
at intueri: si posset nobis esse certissi-
ma profecto certum esset per oculos corpo-
ris etiam spirituales nullo modo posse ui-
deri deum. Sed ista rōcinatōez et uera rō
et prophetica iridet auctoritas. Quis
enim ita sit auersus a uero: ut dicere au-
deat deum corporalia ista nescire? Nū-
quid ergo corpus hēt: per cuius oculos
ea possit addiscere? Deinde quod de pro-
pheta heliseo paulo ante diximus: nō
ne satis indicat etiam spiritu nō per cor-
pus posse cerni corporalia? Quando
enim seruus ille munera accepit: utique
corporalitet gestū est: quod tamē pro-
pheta nō per corpus sed per spiritū ui-
dit. Sicut ergo constat uideri corpora
spiritu: quid si tanta erit potentia spi-
ritualis corporis: ut corpe uideatur et
spiritus: spiritus enim est deus. Deinde
uitā quidē suā qua nunc uiuit in cor-
pore: et hec terrena mēbra uegetat fa-
citque uiuētia iteriore sensu quisque nō
per corporeos oculos nouit: aliorum
uero uitas cum sint inuisibiles per corpus
uidet. Nam unde uiuentia discernimus
a nō uiuentibus corpora: nisi corpora
simul uitasque uideamus: quas nisi per
corpus uidere nō possumus. Uitas
autē sine corporibus corporeis oculi
nō uidemus. Quāobrē fieri potest: ual-
deque credibile est: sic nos esse uisuros
mūdāna tūc corpa celi noui et ire no-
ue: ut deū ubique presentē et uniuersa et
corpalia gubernatē per corpora que ge-
stabimus et que cōspicim⁹ quaquauer-
sū oculos duxerimus clarissima perspi-
citate uideamus: nō sicut nūc inuisi-
bilia dei per ea que facta sūt intellecta cō-
spiciuntur: per speculū in enigmate et ex
parte ubi plus in nobis ualet fides qua
credimus quā rerū corpaliū spēs qua
per oculos cernimus corporales: sed si

cut hoīes iter quos uiuētes motusque
uitales exerentes uiuimus: mox ut as-
picimus nō credimus uiuē sed uidem⁹
cū eorū uitā sine corporibus uidē ne-
queamus: quam tamen in eis per cor-
pora remotā oī ambiguitate cōspici-
mus. Ita quacumque spiritualia illa lu-
mina corporū nostrorū circumferem⁹
incorporeū deum oīa regentē etiam per
corpora contuebimur. Aut ergo sic per
illos oculos uidebit⁹ deus ut aliquid
hēant in tāta excellentia mēti simile:
quo et incorporea natura cernat⁹: quod
ullis exēplis siue scripturarū testimo-
nijs diuinatū uel difficile uel impossibi-
le est ostendere. Aut quod est intelligen-
dū facilius ita deus nobis erit notus
atque cōspiciuus: ut uideat spiritu a sin-
gulis nobis in singulis nobis: uideatur
ab altero in altero: uideat in seipso: ui-
deatur in celo nouo et in terra noua:
atque in oī que tunc fuerit creatura: ui-
deat et per corpora in oī corpore quo-
cumque fuerint spiritualis corporis oculi
acie peruente directi: patebūt etiam
cogitatōes inuicē nobis. Tunc enim
implebit⁹ quod apostolus cum dixisset no-
lite ante tēpus quicquid iudicare: mox
addidit donec ueniat dominus et illu-
minet abscondita tenebrarū: et manife-
stet cogitatōes cordis: et tūc laus erit
unicuique a deo.

De eterna felicitate ciuitatis dei sab-
batoque perpetuo. cap. xxx.

q̄ Quanta erit illa felicitas: ubi nō
lū erit malū: nullū latebit bonū
uocabit⁹ dei laudibus: quod erit oīa in oī
bus? Nam quid aliud agat⁹: ubi neque ul-
la desidia cessabit⁹: neque ulla indigen-
tia laborabit⁹ nescio. Admoneor etiam
sanctis cātico ubi lego uel audio. Bea-
ti qui habitant in domo tua domine: in
secula seculorum laudabunt te. Om-
nia membra et uiscera incorruptib⁹

corporis que nūc uidemus p̄ usus ne
 cessitatis uarios ⁊ motus distributa:
 quoniā tūc nō erit ipsa necessitas: sed
 plena: certa: secura: sēpiterna felicitas:
 p̄ficiēt laudibus dei. Dēs q̄ppe illi d̄
 quibus iā sum locutus: qui nunc la
 tēt harmonie corporalis numeri non
 latebunt: intrinsecus ⁊ extrinsecus per
 cūcta corporis dispositi: ⁊ cū ceteris
 rebus que ibi magne atq; mirabiles
 uidebunt: rōales mētes in tāti artifi
 cis laude rōabilis pulchritudis delec
 tatōe succedēt. Qui motus illic talium
 corporū sint futuri: temere diffinire n̄
 audeo: quod excogitare nō ualeo: tñ
 ⁊ motus ⁊ status sicut ipsa species de
 cens erit: quicumq; erit ubi quod non
 decebit nō erit. *Lerte* ubi uolet spiri
 tus ibi erit protinus corpus: nec uolz
 aliqd̄ spiritus qđ nec spiritū possit de
 cere nec corpus. Uera ibi gloria erit:
 ubi laudantis nec errore quisquā nec
 adulatōe laudabit uerus honor: qui
 nulli negabit digno: nulli deferet idi
 gno. Sed nec ad deū abiet ullus indi
 gnus: ubi nullus permittet esse nisi di
 gnus. Uera pax ibi est: ubi nihil ad
 uersi nec a se ipso nec ab alio quisq;
 patiet: premiū uirtutis erit ipse qđ uir
 tutē dedit: eiq; seipsum quo melius ⁊
 maius nihil possit esse p̄misit. Quid
 est enī aliud quod p̄ prophetā dixit:
Ero illorū de⁹: ⁊ ipsi mihi erūt plebs
nisi ego ero unde fatient: ego ero que
cūq; ab oibns honeste desiderāt: ⁊ ui
ta ⁊ salus ⁊ uictus ⁊ copia ⁊ gloria
⁊ honor ⁊ pax ⁊ oia bona. Sic enī et
illud recte intelligit qđ ait apostolus
ut sit deus oīa i oibus. Ipse finis erit
desideriorū nostrorū: qui sine fine ui
debit: sine fastidio amabit: sine fatiga
tōe laudabit: hoc munus: hic affect⁹:
hic actus p̄fecto erit oibus: sicut sp̄a
uita eterna cōis. Ceterū qđ futuri sint
p̄ meritis p̄miorū etiā gradus hono
rū atq; gloriarū qđ ē idone⁹ cogitaret

quanto magis dicere: q̄ tamen futuri
 sint nō est ambigendū. Atq; id etiam
 beata illa ciuitas magnū in se bonuz
 uidebit: quod nulli superiori ullus infe
 rior inuidebit: sicut nunc nō inuident
 archāgelis angeli ceteri: tā nolet esse
 unusquisq; quod nō accepit: q̄uis sit
 pacatissimo cōcordie uinculo ei qđ ac
 cepit obstrictus: q̄ nec in corpore ult
 oculus esse qđ est digitus: cū mēbrum
 utriq; cōtineat totius carnis pacata
 cūpago. Sic itaq; hēbit donū alius
 alio minus: ut hoc quoq; donū hēat
 nec uelit amplius. Nec iō liberū arbi
 triū nō hēbunt: q̄a peccata eos delec
 tare nō poterūt. Magis quippe erit
 liberū a delectatōe peccādī usque ad
 delectationē nō peccandī indeclina
 bilē libertatē. Nā primū liberū arbi
 triū qđ hōi datū est qñ primuz crea
 tus est rectus: potuit nō peccare: sed
 potuit ⁊ peccare: hoc autē nouissimū
 eo potentius erit: quo peccare nō po
 terit. Uerū hoc quoq; dei munere: n̄
 sue possibilitate nature. Aliud ē enī
 esse deū: aliud p̄cipē dei: deus natu
 ra peccare nō p̄t: p̄nceps uero dī ab
 illa accipit ut peccare nō possit. Ser
 uādī aut gradus erant diuini mune
 ris: ut primū daret liberū arbitrium
 quo nō peccare hō posset: nouissimū
 quo peccare n̄ posset: atq; illud ad cō
 paradū meritū: hoc ad recipiēdū p̄mī
 uz p̄tinēt. Sz q̄a peccauit ista natura
 cū peccare potuit: largiore grā libera
 tur: ut ad cā p̄ducatur libertatē in qua
 peccare nō possit. Sicut enī pria imō
 talitas fuit quā peccādo adā pdidit
 posse nō mori: nouissima erit n̄ posse
 mori: ita primū liberū arbitriū posse
 nō peccare: nouissimū nō posse pecca
 re. Sic enī erit iamissibilis uolūtas pie
 tatis ⁊ eq̄tatis: quō ⁊ felicitatis. Nam
 utiq; peccādo nec pietatē nec felicitatē
 tenuimus: uolūtatē uero felicitatis
 nec pdita felicitate pdidimus. *Lerte*

deus ipse nunquid quia peccare non potest ideo liberū arbitriū habere negandus est: Erit ergo illius ciuitatis et una in oibus et inseparabilis in singularis uoluntas libera: ab oī malo liberata et impleta oī bono: fruens indeficiente et eternū iocunditate gaudiorū: oblita culpā: oblita penarū: nec tñ ideo sue liberatōis oblita: ut liberatori suo sit ingrata. Quantū ergo attinet ad scientiā rationālem: memor preteritorū etiā malorū suorū: quantū autem ad experientis sensum prorsus immemor. Nā et pitissimus medicus sicut arte sciūtur oēs fere morbos corporis nouit: sicut autē corpore sentiunt plurimos nescit: quos ipse nō est passus. Ut ergo sciētie malorū due sunt: una qua potentiā mentis nō latent: altera qua experientis sensibus inherēt: alii quippe sciuntur oīa uitia per sapiētie doctrinā: aliter per isipientis pessimā uitā: ita et obliuiones malorū due sūt aliter ea nāq; obliuiscitur eruditus et doctus: aliter expertus et passus. Ille si peritiā negligat: iste si miseria careat. Secundū hanc obliuionē quā posteriori loco posui: nō erūt memores sancti preteritorū malorū. Carebunt enī oibus malis: ita ut penitus deleatur de sensibus eorū: ea tñ potētia sciētie que magna in eis erit: nō solum sua preterita: sed etiā damnatorū eos sempiterna miseria nō latebit. Alioq; si se miseros fuisse nescituri sunt: quomō sicut ait psalmus misericordias domini in eternū cantabunt: Quocāntico in gloriā gratie christi cuius sanguine liberati sumus: nihil erit profecto illi iocundius ciuitati. Ibi perficietur: uacate et uidete quoniam ego sum deus. Quod erit uere maximū sabbatū nō habens uesperā: quō comedauit dominus in primis operibus mundi ubi legit. Et requieuit deus in die septima ab oibus operibus suis quō fecit

et benedixit deus diē septimū et sanctificauit eum quia in eo requieuit ab oibus operibus suis que inchoauit deus facere: Dies enim septimus etiā nos ipsi erimus: quādo eius fuerimus bñ dictione et sanctificatōe pleni atq; reflecti. Ibi uacantes uidebimus quoniam ipse est deus quō nobis ipsi esse uoluimus: quā ab illo cecidimus audientes a seductore eritis sicut dicitur: et recedētes a uero deo quo faciente dicitur essemus eius participatiōe nō desertōe. Quid enī sine illo fecimus: nisi quod in ira eius defecimus: a quo reflecti et gratia maiore perfecti uacabimus in eternū uidētes quia ipse est deus quo pleni erimus quā ipse erit oīa in oibus. Nā et ipsa opa bona nostra: quādo ipsius potērit intelliguntur quod nostra: tūc nobis ad hoc sabbatū adipiscēdū imputant. Quia si nobis ea tribuerimus seruilia erūt: cū dicitur sabbato dicatur. Quod opus seruile in eo nō facietis. Propter quod et per ezechielē prophetā dicitur. Et sabbata mea dedi eis in signū inter me et inter eos: ut sciret quia ego dñus qui sanctifico eos. Hoc profecte tunc sciemus quā profecte uacabimus: et profecte uidebimus quia ipse est deus. Ipse etiā numerus etatis ueluti dicitur: si secundū eos articulos tēporis. cōputentur quod in scriptis uidentur expressi: iste sabbatissimus euidentius appēbit quoniam septius iuenit. Ut prima etas tanquā primus dies sit ab adā usque ad diluuiū. Secunda inde usque ad abraam: nō equalitate tēporū: sed numero generationū denas quippe habere reperiunt. Sic iam sicut mattheus euangelista determinat: tres etates usque ad christi subsequuntur aduentum: que singule denis et quaternis generationibus explicantur ab abraam usque ad dauid una. Altera inde usque ad transmigratiōem in babiloniam. Tertia inde usque ad christi carnalē natiuitatē. Sunt itaque omnes quicquid.

Sexta nunc agitur nullo generatio-
 nū numero metiēda: propter id quod
 dictū est. Non est uestrū scire tēpora
 que pat̄ posuit in sua potestate. Post
 hanc tanq̄ in die septimo requiescet
 deus: cū eundē diē septimū qđ nos ei
 mus i seipso deus faciet requiescere.
 De istis porro etatibus singulis nunc
 diligenter longū est disputare. Nec tñ
 septima erit sabbatū cuius finis non
 erit uespera: s; dominicus dies uelut
 octauus eternus qđ christi resurrectōe
 sacratuē ē cternā nō solū spiritus ue-
 rum etiam corporis requiem prefigu-
 rans. Ibi uacabimus ⁊ uidebim̄: ui-
 debimus ⁊ amabimus: amabimus et
 laudabimus. Ecce quod erit in fine si-
 ne fine. Nā quis alius est noster finis
 nisi peruenire ad regnū cuius nullus
 est finis?

ii Ideoꝝ mibi debitū ingentis hu-
 ius operis adiuuante domino
 reddidisse. Quibus parū uel quibus
 nimium est mibi ignoscant. Quibus
 autem satis est: non mibi sed deo me
 cum gratias p̄gratulantes agāt. Glo-
 ria ⁊ honoꝝ patri ⁊ filio ⁊ spiritui sā-
 cto omnipotenti deo in excelsis in se-
 cula seculorum. Amen.

Aurelij Augustini opus de ciuita-
 te dei feliciter explicit: confectuz uene-
 tijs ab egregio ⁊ diligēti magistro Ni-
 colao ienson: Petro mozenicho prin-
 cipe: Anno a natiuitate domini mille-
 simo quadringētesimo septuagesimo
 quinto: sexto nonas octobres.



GretagMachbeth™ ColorChecker Color Rendition Chart

